Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-693366-p0001-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-693366-p0002-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-693366-p0003-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-693366-p0004-4

1704.

1. ² Beierus, Adrianus: De manufacturis 2 Exempl. 1704 u. 1745

2. Beierus, Adrianus: De donationibus.

3. Bruckner, Guil. Hieronymus, Collegii juridici decanus: De modis et titulis acquirendi dominium, et speciatim de traditione, et emtione venditione, occasione l. 15 C. de rei vind. Programma inaug. (lectioni auspicali Johannis Christiani Hildebrandi praemissum)

4. Bruckner, Guil. Hieronymus, Collegii juridici decanus: De tacito pignore locatoris in rebus conductoris illatis occasione l. 5 C. locat. Programma inaug. (lectioni auspicali Johann Melchior Stockii praemissum)

5. Brausius, Rudolphus Guilielmus: De philtris

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-693366-p0005-9

1704.

6. Friesen, Joh. Bernhardus: De herede fidejussoris occasione l. 4 C. de evict.

7. Jacobs, Fridericus Henricus: De Laconibus

8. Koch, Jo. Georgius: De notis veterum criticis in censendis auctoribus.

9. a. b. Schroeterus, Jo. Christianus: De vasallo non statu imperii

10. Heroglius, Jo. Philippus: De extraordinaria citatione

11. Struvius, Frid. Gottl.: De cimeliarchiis summorum iis eorumque jure.

12. Wildvogelius, Christianus: De privilegiis clericorum in processualibus.

13. Wildvogelius, Christianus, Collegii juridici decanus: Programma inaug.: De tessera frumentaria ad l. 52

§1. D. d. judic. (lectioni auspicali Henr. Sam. Eckhardi praemissum).

14. Wildvogelius, Christianus: De causa propria

15. Wildvogelius, Christianus: De judiciis Silesiae in appellabilibus. Rec. 1735.

16. Wildvogel, Christianus: De transactione ob enormem laesionem non rescindenda.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-693366-p0008-6

Pi. 45. n. 1

1704, 1 a
1

Q. D. B. V.

# Diſputatio Iuridica
DE
# MANUFACTURIS

Quam

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
**DN. GVILIELMO HENRICO**
DUCE SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ, MONTIUM, ANGARIÆ
WESTPHALIÆQUE &c. &c.
DUCATUS ISENACENSIS HERED

SUB PRÆSIDIO

**DN. ADRIANI BEIERI. J.U.D.**
Curiæ Provincialis Sax. Facultatis Jurid. & Scabinat. Adſeſſore
& Pand. Prof. Publ.

*Dn. Patroni ac Præceptoris ſui ſubmiſſe colendi,*
ſolenni eruditorum disquiſitioni ſubjicit
*Ad d. Sept.* M DCCIV.

**FRID. CHRISTOPH. HARTMANN.**
Halâ-Svevus.

JENÆ,
LITTERIS MULLERIANIS.

P. 263

BIBL. FRIED. UNIVERS. ZV HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-693366-p0009-5

*I. N. J.*

DE

# MANUFACTURIS.

## *Proœmium.*

FRuctuum quando in libris Juris noſtri occurrit mentio, diſpeſci eos obſervamus in Naturales & Induſtriales : Quod tamen haud aſſumendum eſt excluſivè, tanquam ſeu Natura reſpuat manum hominis, ſeu Induſtriam homo exercere atque oſtendere potis ſit, deſtitutus à Natura: Nam ut gramina in hortis & glandes in arboribus Natura ſuâ profert ſponte, ita utrobiq; curam hominis requirit qualemcunque, prata emuſcandi, arboresque reſecandi : Unde quibus ampliores ſunt ſylvæ, peculiares conſtitutos habere ſolent Saltuarios, Forſtmeiſter: ad ſegetes autem nanciſcendas, jumentis etiam anteveniri vult Natura ;

quod utrumque verbo etiam innuit Imperator *in* §. *Si quis à non domino.* 35. *J. de R. D.* ibi : Pro Cultura & Cura. Ex adverſo, quam induſtrius etiam ſit Homo, Naturam tamen implorare præſtolarique oportet, quæ in manûs porrigat ante, in quo ſe exerceat, & quæ deſunt in regno Naturæ, ſuppleat. Abinde in *duas* quaſi familias ſeceſſum fuit: Paganorum, ruri colendo qui occupentur; atque Urbicorum, Manufacturis qui vacent.

Primum itaque portas ingrediens civitatis, Opifex eſt, atque licèt varii generis alii ſe immiſceant, potisſimum tamen Opifices faciunt numerum, ut qui non ſolis inſerviunt concivibus, verùm Ruricolis etiam accolis; atque ubi ſeu copiâ materiarum, ſeu dexteritate manuum effloreſcere incipiunt, ab exteris quoque appeti illorum operæ ſolent; atque inde *tertia* quædam, Mercatorum ſuccreſcit familia, qui hinc materiam importent crudam, iſthinc manufacturas foràs efferant, Opificesque efficiant occupatos magis, & tàm Incolis quàm Exteris de ſufficientia proſpiciant; unde & Civitas evadit populoſa, & ærarium ſua ſentit incrementa: Undiquaque autem admonetur is qui præeſt civitati, ſollicitam ut habeat curam Fabricenſium fabricarumve, Radicis adeò fœcundæ totius Reipublicæ: Negotii ut neceſſarii magnopere, ita laborioſi atque difficilis mage. vid. Barboſa *Lib. I. Cap. LXXXII. axiom.* 3. *ibique allegg.* Cumque non Cameram modò &c. Non exiguam magni Ducis Hetruriæ ſubditi fœlicitatem posſident, quod in peregrinas oras ſuas merces, ut Sericum, Pannos, Tapetes exportent, ex-

in-

indeque magnam pecuniæ vim ſibi parent. Sola Florentia ſingulis annis Pannum ſericum & laneum, in tanta conficit abundantia, ut ex venditione harum duas milliones, ut vocant, auri percipiat; ut refert Lucas de Linda *deſcript. orbis & omn. Rerump. p. 824.* ut exempla plura, ſuo ſervanda loco, nunc prætercam. Difficultatem autem Anglos, per aliquot ſecula ſcopum vix obtinendo expertos, nos docet Baro Schröter, *Theſauro Ducalis ærarii. Procem. pag.* 31. quod Melynes in lege mercatoria quinque ſupra triginta Statuta, conſtitutionesve commemoret alias, quas promovendis commerciis atque manufacturis Status Anglicanus ad ſeculum usque quartum totis trecentis quinquaginta ſanxerit annis, neque tamen deſiderata, ob illarundem inſufficientiam, ſuô potita fuerit ſcopô. Eccum rem tantillam, Clavum, Lorum, Limam! tantum tamen faceſſere Principibus negotium potens! Cumque non Cameram modò ſeu Ærarium occupet, verùm Auditoria Juridica perſonet ac fatiget, fruſtrà non ero, ſi manum & ipſe admovero. Adeſto DEUS cœptis; Tuque Lector candide, fave!

 CAPUT

# CAPUT I.

## *Quid Nominis.*

§. I.

VOx MANUFACTURA ex duobus vocabulis Latinis, Manus & Factura compoſita eſt quidem : utrum tamen Romanis ita fuerit uſurpata? dubitare me jubet, quod in hac Nominis figura atque ſignificatione Lexicographi non audeant Autorem laudare, qui uſurpaverit. Iſtud verum eſt, Manu-Factum, vocabulis ſeparatis, altero nomine, altero Participiô dixiſſe illos id, quod naturale non eſt, ſed hominis operâ fabricatum; Græcis χειροποίητον. Cicero *Lib.3.de Fin.* Quid eſt aut in natura, aut in operibus manu factis &c. Idem *pro Marcello*: nihil eſt opere aut manu factum, quod non aliquando conſumat ætas. Ut adeo MANUS, tanquam factum, opponatur Naturæ, tanquam peculiare, generali; involuntarium ſpontaneo. Adſtipulatur his Ulpianus, atque Manu-Facta, his quæ caſu vel naturâ exiſtunt, contradiſtingvit: quando tum in *L.1.§.1. & 8.* tum in *L.2.§.5. verſ. Labeo autem. & §.6.ff. de Aqu.pluv.* ſolûm de prioribus, aquæ pluviæ dat actionem: quaſi non ſit, cui poſteriora imputemus, atque à quo reſtaurationem deſideremus; ſed tolerandus ſit caſus & vis major, donec fatô tollatur contrariô, quod fatô eſt illatum. Naturæ ſiquidem convenit, ut eo modô ſolvatur quidlibet, quo eſt colligatum, *L.35.ff. de R.J.* Cui longum incertumve præſto-

lari

lari videtur, corrigat ipſe ſuô ſumtu; neque expectet ab altero quod non debet ille.

§. II. Manu autem facere dicimur, quorum cauſæ à nobis ipſis petendæ: Eſt nimirum res Voluntatis & facti: Naturalium cauſas, ratio ſuggerit cuique. Hâc formulâ ſæpe uſus eſt Seneca; ut *Conſolat. ad Marcian. Cap. XIX.* Orbitatem manufacere; ubi vide Lipſium. Sic, quæ non ſponte ſuâ naſcuntur ac fiunt, ſed noſtrô producuntur labore atque induſtria, Manu dicuntur fieri. Plinius *præfat. Lib. IIX.* de Venenis. Ne iis quidem quæ naſcuntur contenti, quando plura eorum humanâ manu fiunt. Idem Seneca per quandam Metaphoram transfert ad Moralia, dum *Epiſt. LII.* quædam ingenia, inquit, facilia & expedita; quædam manu, quod ajunt, facienda; id eſt, Labore & diſciplinâ. Altius haud aſſurgit Romanus nec pertingit ad noſtrum compoſitum ſubſtantivum, primæ, fœmininum: *Manufactura.* Eſto tamen ſic barbarum vocabulum! uſus nihilominus effecit, ut ſub hac figura, unusquisque exaudiat ſpecies illas, quæ Opificibus artis ſuæ beneficiô de manu prodeunr, ſic, ut Germanus id quoque aſſumſerit, ſuumque fecerit Manufacturen: ut haud verear nunc ego, & ſenſu & figurâ eâdem iſtud uſurpare.

§. III. Aliâ tamen ratione hunc quaſi defectum ſupplere aſſolent Autores Latini, dum brevitate loquendi vocem MANUS ſolitariam atque ſolutam pro compoſita illa ſubſtituunt; ut Manus κατ᾽ ἐξοχὴν denotet opus quod de illa prodiit; per quandam Metonymiam efficientis pro effecto. Quoniam enim Manus Inſtrumentum nobis eſt variarum operationum, cepit omne

id Manus dici, quod neque Caſui nec Naturæ adſcribi potuit; & verbô! pro induſtria & opera humana ſumi. Certum eſt vel ex *L. XIII.§. 10.ff.de Act.emt.* Fundi prope meſſem diſtracti fructûs ad emtorem, niſi excepti eſſent, pertinere. Quare cùm Venditor MANU SATA excepiſſet; dubium oriebatur de his quæ vel ex ſtipulâ renata erant, vel, ſi quid ex Sacco Saccarii ſive Bajuli, dum frumentum transferret, vel denique ex aëre decidiſſet, dum aves è roſtris amittant? Paulus JCtus *L. 40. §. 3. ff. de Contr. emt.* poſteriora hæc venditori denegat; dum utique aliud eſt ſponte ſuâ, vel Caſu enatum; aliud datâ operâ & factô hominis productum eſſe. Sed nec priora Labeo ſine diſcrimine concedit; quando inquirit: Utrum quotannis renaſcitura, an in perpetuum ſata ſint? ne alioquin vites & arbores excepiſſe videatur Venditor: *L. 80. pr. ff.eod.*

§. IV. Potisſima dixerim propè & nobiliſſima Manuum operatio Scriptura eſt, quæ ea propter meruit ut vocabulô Manus abſolutè indigitetur. Sic Cicero ſcribens Attico, Ceſſationem ſuæ Manûs per occupationes excuſat alias, dum ſcribit: Occupationum mearum vel hoc ſignum erit, quod Epiſtola Librarii Manus eſt. Quintilianus *L.I. Cap. 7.* ait: Quomodo & ipſum (Ciceronem & Virgilium ſcripſiſſe, Manûs eorum docent. Similiter & Attici ſcripturam χεῖρα appellabant. Utrum autem formula *Manu Propria*, in Jure noſtro occurrat? diſtingvit Ungebaur *Exerc. XII. Qu.II p.554. ſequent.* ajendo, quantum ad ſtylum Juſtiniani; quantum ad JCtos antiquiores negando, ut qui repo-

reponant; SUA MANU. Sed & Artificum opera ab iisdem Græcis juxta Latinisque χεῖρες, ſeu Manûs dicebantur, ut Picturæ. Petronius: Nam & Zeuxidis, inquit, Manûs vidi, nondum vetuſtatis incuriâ victas. Protogenis manus, apud Gellium *Lib. XV. cap. 31.* vide Barth. *ad Statium. Sylv. pag. 101. 102. & 218.* Item, *ſigna*: Martialis *Lib. 8. Epigr. 51.*

Mentoris hæc manus eſt, vel Polyclete tua!

Propertius *Lib. III. Eleg. XXI. verſ. 30.*

ſive ebore exacta, ſeu magis aere Manus.

Sed ne profundius huic de Manibus immergar argumento, plura legenda relinquo in Georg. Lud. Völckeri Nobilis Rotenburg. *diſſert. de Manibus A. 1668.* eodem quo nunc gaudeo Præſide habita.

§. V. Propria magis Manufacturarum apud Romanos appellatio FABRICA eſt, cum ſpeciatim ſignificat Domum: Pollio *in Gallien. Cap. V.* Quo (terræ) motu multæ fabricæ devoratæ ſunt cum habitatoribus: tùm generatim, creaturæ quævis: quemadmodùm Prudentius *hymnô de natali Domini verſ. 45.* ipſum opus Fabri ſeu ποίημα, Fabricam appellat, ein Gemächt.

Stragem ſed iſtam non tulit
Chriſtus cadentum gentium
Impune: Ne forſam ſui
Patris periret Fabrica.

& Cicero *de ſnat. Deor. Lib. II. Cap. 47.* generalius de animalibus prædicat omnibus, inquiens: Admirabilis fabrica membrorum animalium. Quanquam ipſa vox hæc plures recipit intellectûs, atque non Artem modò fabrilem denotat, atque adjectivum abſolutè

pro

pro ſubſtantivo ponitur, quando Cic. *Lib. II. de N. D. cap. 13.* Pictura inquit, & Fabrica, cœteræque artes, habent quendam abſoluti operis effectum. Aeris & ferri fabricam dicit *dict. Lib. II. Cap. 60.* Verùm etiam officinam, ubi manufacturæ fabricantur: quas enim officinas armorum Cæſar dixit, Vegetius & alii Fabricas armorum vocant. Quo ſenſu in Jure noſtro Fabricenſes invenimus *Rubricâ, item l. 3. 6. & 7. C. de Fabricenſ. XI. 9.* Fabricas, *L. 1. & 6. eodem.* Primicerium fabricæ, *L. 2. ibid.* Conſortes fabricenſes, *l. 4. d. t.* Fabricenſios *Nov. 89. Cap. 1.*

§. VI. Circumſpicienti autem mihi: Utrum eodem cum vulgo Manufacturarum vocabulò utantur & JCti noſtri; an quo alio? dum res utique ipſa non potuit non ad illos deferri; Notionem ergo, qua exprimerent, deſtinare an adſciſcere oportuit! At verò, ætate poſteriorum proprietas ſermonis langveſcere cepit, ſic, ut paſſim à Criticis pungatur Tribonianus. Et verò, ſedes hujus argumenti eſt in §. *Quum ex aliena. 25. J. de R. D.* ubi exponitur modus dominium ex jure Gentium acquirendi: Formatio ſpeciei novæ ex præexiſtentia materiæ, ſed alienæ; qui nunc populariter uno nomine SPECIFICATIO dicitur. Eſtque adeò SPECIES JCtis idem quod Manufactura; Nomen autem ab antiquo verbo ſpecio, quod eſt Intueor, derivant Philologi; ut ſit, quicqid in oculos ſe ingerit, adſpectuique patet. Hoc autem ut fiat, formam aliquam recepiſſe oportuit; cùm Genus ab intellectu ſolùm concipi queat? v.g. Animal, genus eſt, quod ut palpari nequit, ita externum quoque fugit adſpectum;

ſpectum; aſt, ubi deſcendit ad ſpecies, quæ ſunt Homo, Equus, Avis, Piſcis, hæc demum & viſibilia ſunt & tangibilia.

§. VII. Ergo, quas Græci εἰδίας, has Latini ſpecies reddiderunt. Quod, licèt non improbaverit Cicero, maluit ipſemet tamen Formas appellare, tanquam quibus aſſumtis in ſensûs incurrant. Dialectici ſpeciem efficiunt Prædicamentum Generi ſubordinatum: ſpecies nimirum & univerſalitas opponuntur. Quando igitur Opifex (per introductionem formæ mechanicæ in materiam generalem & ab unaquaque ſpecie alia præſcindentem, ſeu indifferenter ſe habentem ad omnes, atque unamquamque, quæ factô modò atque manu introducitur, recipientem) novam producit ſpeciem, Actum eum JCTI dicunt ſpecificationem, eique effectum Juris, Dominium attribuunt. Equidem INDIVIDUUM, cum Dialecticis dixeris; JCti tamen, dum Genera univerſalisſima ignorant quaſi, neque enim in controverſiam coram iis deducuntur, contenti fuerunt, Dialecticorum ſpecies, Genera dixiſſe; remanente Individuis nomine ſpecierum; quæ ipſa tamen aliquando diſtinctius *Certas* dicunt *Species*, itemque *Corpora certa*.

§. VIII. Eritque adeo Manufactura Corporalium rerum ſpecies, quam, cùm Naturâ talis non eſſet, Mechanicus manu ſuâ, per introductionem formæ, pro conditione artis ſuæ, in materiam ſubſtratam, extra ſuas elicit cauſas, atque conſpectui ſiſtit; ſive ſuis id fecerit auſpiciis, cujuslibet poſtmodùm deſiderio propoſiturus; ſive domino materiæ

addixerit operas; id ad ipſam fabricationem non attinet. Natura nimirum & Ars eatenus agunt diverſa, ut, quod Natura ſuppeditat, Opificem faciat ſecurum atque eatenus otioſum: Entia non ſunt multiplicanda præter neceſſitatem: Actus fruſtratorii ſunt abominoſi: Ars ſolùm Naturæ fert ſuppetias, ejusque conatur ſupplere defectûs; adeoque incipit ibi, ubi illa deſinit, compoſita ſuperaddit ſimplicibus, inchoata abſolvit, implicita ſeparat. Dum igitur Ars ea producit, quæ in regno Naturæ haud præ exſtiterunt, certè, non in tali ſtatu; Mechanicus tanquam diſtinctus quodammodò Creator, haud injuriâ vindicat ſibi, quod non eſt alterius, dum alter habuit pro derelicto, non attigit, aut certè usque eò non pertigit. Atque JCti ſpecificationem ea propter in acquirendi dominii cenſent modis atque ſpeciebus.

§. IX. At enim, dum Mechanici fundamentum poſuerant in entis compoſiti novitate ac Forma: Materiarum autem domini priſtini in reſiduis materiæ veſtigiis an exuviis, tanquam cauſa ſine qua non veniri potuerit ad formam; per principia ſi quidem Phyſicorum: Ex nihilo nihil fit, ſed oportet Artificem per præexiſtentem materiam ad formam tranſire: Non leves inde, cùm inter partes diſceptantes principales, tùm JCtos etiam tanquam Arbitros, exortæ controverſiæ: Sic, ut poſteriores hi deſuper in diverſas abierint *Sectas*, quarum *altera* Procubianorum, ab Anteceſſore ſuo nacti fuerunt appellationem, qui pro Arte militabant: *Alteri* Sabiniani, Caſſiani item, ab autoribus ſuis dicti, à partibus ſtabant Materiæ, tanquam

quam novi corporis fundamento, priſtinoque adeò dominio; quod nemini ſive ſuo facto debeat auferri. Quoniam tamen & hoc non usque verificari poteſt, atque eo caſu Forma tanquam pars nobilior non immeritò præponderat; *Tertii* aliqui expediens quoddam invenerunt, in Reducibilitate ſtatús præſentis ad priſtinum, ſalvâ materiâ. Quod ipſum autoritate ſuâ Juſtinianus firmavit Imperator. Poſitâ quippe hac, non tam Formam quàm Figuram, vel certè accidentalem potius quàm ſubſtantialem ſuperaddidiſſe convincitur Artifex; atque adeò deſtituitur vindicationis ſuæ fundamentô, repelliturque exceptione: Tibi non competit actio. Qui enim v.g. Poculum ſtanneum ſive in patinam convertit, ſive candelabrum, is neque adjecit quidquam formæ ſtanni, neque detraxit; ſolam alteravit figuram atque uſum. Secus atque Pileus aut Pannus per tot alterationes ad præſentem perductus ſtatum, integritati priſtinæ per impoſſibile reddi reſtituique poteſt. Sed hæc occaſionaliter per quandam præoccupationem, inferius nactura ſedem oportunam magis.

# CAPUT II.

## De
## *Diviſione Generis in ſpecies.*

§. I.

METhodus vulgaris poſt definitionem requirit diviſionem, non totius in partes; ſed generis in ſuas ſpecies; quarum in præſenti argumento prope ſunt infinitæ; dum Ars non minus ac Natura multitudinem intendit & multiplicitatem: Quumque manufacturarum multarum ſtatus atque ratio ampliorem juris earum requirit notitiam; Generales, & quæ ex facto magis quàm jure profluunt, pro nunc tangemus; ſervatis ad loca convenientia cœteris, tum & uberiorem hic propoſitarum elaborationem. Ac primitus conſiderabimus eas generatim & ſpeciatim; Iſtud abſolutè & reſpectivè: priori quidem modò à Patria & Origine, quatenus dicuntur ſeu Anglicanæ, ſeu Belgicæ aut Gallicanæ; prout alterum præ altero Regnum, ſeu Materiis in eum uſum abundat, ſeu Artificibus excellit, ſeu exportatione illarum frequentiori præ reliquis celebritatem conſequitur. Reſpectivè autem Manufacturæ dividuntur, quod aut 1.) domeſticæ ſint ſive genuinæ, quæ intra Civitatem aut Provinciam fabricantur; aut Peregrinæ, quæ forinſecus importantur; Atque ob id vectigalibus onerantur; quo de inferius: Cœterùm, quàm peregrinæ quæquæ ſunt extra patriam, tam quælibet illarum in patria ſua ſunt domeſticæ. Atque ibi rurſus 2.) à cauſa efficiente tot prope manufacturarum ſpecies ſunt, quot

opifi

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-693366-p0022-3

opificiorum, dum quodlibet horum format vindicatve ſibi peculiares.

§. II. Atque imo ſunt 3.) ſpecies, ad quarum productionem plures diverſarum quoque artium concurrunt Opifices; tam quòd integritatem ac partes non junctim modo, ſicut alibi panni texuntur dualium, ſi liceret, duumvirales dixerim: Zweymänniſch: in oppoſitionem ſolitariorum, der Einmänniſchen: Et ad Domûs ejusdem conſtructionem, Fabri tam Lignarii, quam Lapidarii Boëthos aſſumunt plures, maturandi negotii cauſâ. Verùm ſeorſim ſive ſejunctim etiam; tam quoad partes: ſicut in Ædibus, poſtquàm Murarius poſuit fundamentum, den Füllmund ausgemauret/Fabri ſuccedunt tignarii, parietes qui conſtruunt; Tegularii atque Cruſtarii, qui claudunt; Scriniarii, Feneſtrarii, Figuli, Serarii, Dealbatores denique & inſuper alii: verùm ſucceſſivè quoque: prout ad veſtes hiemales, non Tunicas modò, verùm & Mitras, poſt Sartorem ſupervenit Pellio, quorum neuter per alterum vult excludi, quin audente uno meros crepat alter Turbatores. Quàm exigua ſuppellex eſt Culter? qui quaternos tamen occupat diſtinctarum ſcholarum Artifices: Fabros nimirum, dictos Klingen-Schmide; Veſtiarios, ut ſic dicam: Beſchaler/ & ab his rurſus diverſos Capularios Eiſerne oder Meßingene Meſſer-Stielmacher; Taſchen-Meſſer-macher/ terminô technicô Backenmacher ac denique Acuitores, Politores Schleiffer: ut non dicam quintos Vaginarum artifices, quas alioquin Ephippiarii vindicant ſibi.

§. III. Quàm quoad Gradûs ubi unus officiô ſuô

functus ſpeciem, penes ſe abſolutam, reddit alteri tanquam Crudam ulterius elaborandam, da immer einer dem andern in die Hand arbeitet. Ecce Pannus Laneus, ſpecies eſt plana, homogenea, & ut putes ſimplex, non tamen diverſas modò, verùm amplas populoſasque in eo occupatas inveneris familias: v. g. Lanam ſeligentium, Wollen-Auslesſer/diſpenſantium, Woll-Ausgeber/pexantium, carminantiumve, Kämmer/ Fila nentium, Woll-Spinner; ac tum demum venitur ad textrinum; ubi tamen ex novo ſcinduntur in diverſi generis Textores, Tuch-Raſch- und Zeuchmacher: quanquam Primi illi, ut ſua hæc faciant omnia, nomen univerſale, quod putant, Wollweber aſſumſerunt ſibi, quod ſuo ſervamus loco. Neque verò & tum ſubſiſtitur; quia ſuccedunt Fullones Walcker/Tinctores, Färber/ neque & unius gradûs, dum claſſis ſuperioris ſunt Kunſt- Schön- und Seiden-Färber; relictis infimâ ſellâ die Schwartz-Färber. Denique Tonſores Tuch-Schähren/& qui ſupra eos haberi volunt ſolentque: Acuitores, abſolutè citra appoſitum Domini, an Magiſtri, ſic dicti. Atque adeo generale hinc aſſumo problema: Tot modos victum honeſtè quærendi proſtare his, quos otiari pudet.

§. IV. Sed usque huc generatim diſtinximus; ſpeciatim ad cauſas progredimur, ubi 1.) à ſcholis dividuntur *α)* prout de hujus an illius artis Magiſtri prodierunt manu atque officina; Coriariorum, Textorum, Fabrorum, an cujus alterius. Oporteret utique catalogum formare integrum, ſi intempeſtivè mallemus eſſe prolixi: Servamus igitur elaborationi Cauſæ efficien-

ficientis : dum ne hoc prætereamus : Manufacturas eatenus β alias Liquidas eſſe atque tranquillas : alias Litigioſas & controverſas : dum ſunt, ſuper quarum elaborandi jure competant integra diverſarum artium Collegia, alteris ſibi vindicantibus peculiares, cum prætenſo etiam jure prohibendi : alteris liberas ſibi aſſerentibus manûs : quod argumentum infrà peculiare nanciſcetur caput. Pergimus interim ad novam diviſionem II.) à Materia, quæ Metallinæ ſunt, Lapideæ, Ligneæ, Lineæque, Laneæ, Coriaceæ, Luteæ deniq; atque Stramineæ. Usque nimirum eo Indigentia ire, atque undecunque conquirere nos coëgit; Ratio humana ſuggesſit, Natura benigna propoſuit; dum manus modo prehendat induſtria perficiatque. Alia eaque ſpecialior, in conſideratione materiæ ſupervenit manufacturarum diviſio, qua aut Homogeneæ ſunt, Texturæ lineæ laneæque meræ, Pilei & Coriaceæ : aut heterogeneæ, ubi diverſis luditur quaſi materiis, ut ſunt Linteonum Amphibia Beyderwand & Materiariorum der Zeuchwürcker/ pleræque ; junctis ædibus, veſtibus, cultris, quæ ſuprà.

§. V. Nova Manufacturarum diviſio III.) deſumitur à forma ; ſed & ibi diverſimodè, dum α) aliæ ſunt Ordinariæ ac populares, was der gemeine Lauff iſt / aliæ ſelectæ & præcipuæ ; Priores intelligo res Artis atque pretii minoris; dum ſumuntur è materiis vilioribus, minorique parantur artificio ; idque ſtudiò & in gratiam vulgi & egenorum, quorum ſeu conditio non fert habitum ſubtilem; ſeu peculium etiam ſuffecturum haud erat, attritas maturius aut frequentius

cum

cum novis permutare veſtes resque alias. Opifices ergo non tam ex defectu artis aut impenſarum, quàm ut cujusque reſpondeant conditioni ac deſiderio, tumultuarias ejuscemodi ſpecies fabricant. Selectas atque excellentes intelligo, cùm privatorum honori ac feſtivitati deſtinatas, tùm ipſius Principis majeſtati dicatas. Pariter β) accenſemus Formæ diviſionem in ſolidas atque durabiles, tüchtig und uf die daure gemacht; tumultuarias, tranſitorias, & conſumtibiles: quorſum non quantitates modò cenſemus, quorum ob id JCti uſum fructum verum eſſe negant §. *11. I. de uſu fr.* & *tit. ff. de uſu fr. ear. rer. quæ uſu conſum.* verùm ſubſtantias etiam certo actui atque uſui deſtinatas, poſt iterum diſſolvendas, ut Theatra, Portæ honoris, & ſim.

§. VI. Potisſimùm tamen Formæ imputamus γ) diviſionem, qua vel Adprobatæ ſunt vel Improbatæ. Eſt autem adprobatio alia *Moralis* ac Politica, dum ne ſint propudioſæ, v.g. byſſus, adeò tenuis, ut dubites utrum ſic veſtita fœmina tecta nudave ſit. Neque ſupra cujusvis ſortem, quò faciunt Leges ſumtuariæ Kleider-Ordnungen inter cœtera prohibentes ne veſtem cuivis ſupra ſortem Sartor conficiat. Alia *Mechanica*, mediante Cenſurâ ad hoc deſtinatorum invenienda: Quæ exprimitur formulis Aurificum; Strich und halt: Cultrariorum: Uf Prob und Schau: Pannificum, die Prob halten. Quænam nunc improbatæ putandæ ſint, ex doctrina oppoſitorum facilè dijudicare eſt: Ex defectu nimirum aliquo ſeu Reali ſeu Perſonali; illum dicimus, qui rem afficit ipſam, idque ſeu

ſeu ex parte Induſtriæ, nicht mit Fleiß/oben hingemacht/ ſeu Fidei etiam, ſupponendo aut materias ejusdem generis quidem, aſt deteriores, corruptas, attritas: aut generis etiam aliûs ignobilioris; aurichalcum pro auro. Neque fidem lædit parum, qui ad invidiam alterius quid fabricat, aut ignominiam; Pasquillum, veſtem lubricam. Hæc autem ferè ſunt, quæ ad infamiam alicujus fiunt, utputà; ſi ad invidiam alicujus veſte lugubri utitur: quorſum refero iſtud *Pſalm. XXXIV.* aut juxta Hebræos *XXXV. verſ. 13.* aut ſqualida, aut ſi barbam demittat, aut capillos ſubmittat, aut ſi carmen conſcribat vel proponat vel cantet aliquid, quo pudorem alicujus lædat. *l.15.§.27.ff.de Injur.*

§. VII. Ex parte Perſonæ, deſideratur in manufacturis iſtud, quòd prodeant è manu Turbatorum; atque tales in commiſſum poſtulantur, ut pluribus demonſtrari poſſet exemplis, niſi ſervemus ſuo loco. δ) à Fine cui deſtinantur Manufacturæ, variè quoque dividi queunt: à principali, quod fiant aut Hominis Cibandi, ut Panes, Carnes, & quævis alia Edulia; aut Curandi, ut Medicamenta: aut Veſtiendi, ut quicquid de manu Coriariorum prodit, & omnis generis Texturæ: aut Recipiendi, ut Ædificia quæcunque. Et Veſtitus quidem aut fit Neceſſitati, aut Honori, ſuo an alterius: v. g. Feſtivitati nuptiarum; cujus neglectum quàm luerit aſperè Hoſpes ille, apud *Matth XXII. v.11.* legi poteſt. Structuræ quippe fabrariæ aut Honori memoriæque fabricantur viventium, ut Statuæ, Arcûs triumphales; aut Defunctorum, ut Epitaphia, Caſtra doloris; aut Ignominiæ, ut ſi quid Pasquino appenda-

tur ε) Ab Uſu diſtingvi queunt, quòd aut Mari, Terrâve utamur illis; Bellô aut Pace; Gaudio an Luctui adhibeamus. ζ) Ab Adjunctis manufacturarum quoque diviſiones quædam profluunt, dum a) ratione Temporis Ætatisve aliæ reputantur Obſoletæ ſeu antiquatæ: Non à ſtatu intrinſeco, abgenützt/abgetragen/ſed ab uſu, more, receptione, & obſervantia in Abgang kommen/ werden nicht mehr geſucht/getragen. Aliæ contrà commendatæ frequentatæ, uſuales ac receptæ, neueſte Façon und Mode.

§. IIX. Fallor an ad *Tempus* referam, manufacturas quasdam quandoque eſſe Neceſſarias; non phyſicè, ut Pelles tempore hybernô; ſed moraliter; dum more Collegiorum Mechanicorum, qui ſtatum atque jura Magiſterii poſtulat, editione certorum ſpeciminum, plerumque rarioris uſûs, iſthuc ſe qualificare oportet, Meiſter-Stück/ quæ niſi præſtet, aut paratâ pecuniâ redimat, repulſam patitur: ut hinc non abſurdè Neceſſaria dixeris. Ratione *Loci*, huc refero, quòd aliquæ manufacturæ nunquam ſine commemoratione loci exprimuntur; non caſu forſan atque fortunâ, originem atque patriam fortè denotandi gratiâ, ut accidit novis inventis; ſed commendandi, emtorumque alliciendorum ergò: Ut ſunt Gallicanæ: ita enim ſimia Gallorum mavult eſſe Germanus, quàm præventor. Tum etiam certificandi gratiâ, quod Materiarios agere animadvertes, quoties manufacturas vindicatas ſibi enumerarunt ſingulas, clauſulâ generali Belgicas exprimunt. Ut adeò nova diviſio ab Adjuncto Numeri ſuperveniat. Alias exprimi diſtributivè ac ſeorſim, alias

per

per univerſitatem & collectivè Niederländiſche Waren: Fermè ut Notarii inconficiendis inſtrumentis circa exceptiones procedunt. Plures adferri diviſiones poſſent, quas, ne videamur ſtudiô prolixi eſſe, nunc præterimus, datâ occaſione vel incidenter commemoraturi.

# CAPUT III.

## De *Avtodidactis & Inventoribus.*

§. 1.

PRæmiſſis ita generalibus præcognoſcendis, propius accedimus ad rem ipſam, atque ſolliciti: Unde verò tanta rerum copia & varietas? deprehendimus Subjectum tractans, h. e. PræbendoRecipiendoque occupatum. Iſtud Mechanicus eſt, qui extra ſuas cauſas entia producit atque uſui ſiſtit: Hoc partim Mercator eſt, qui cuivis deſideranti ſuppeditare ſollicitus, non alium uſum niſi generalem, Lucrandi intendit, eoque contentus eſt: partim quicunque alius certâ ſpecie in uſum ſingularem indiget, atque ei, quem Mechanicus deſtinavit, uſui impendit: Atque adeò tres perſonæ concurrunt, Fabricando, Negotiando, Inſumendoque. De poſtremis hiſce nec opus eſt, neque locus heic age-

agere: niſi velimus generalem hominum omnium dare deſcriptionem: tanta eſt enim indigentia humana, ut naturalibus ſolis non imus non ſupremus vivere contentus queat. Mercatores quod attinet, aut materias Mechanicis advehunt, aut manufacturas concivium ad Exteros evehunt; ut hinc anſam operandi ſuppeditent, inde Manupretium procurent: utrinque auxilio, neutrubi graves; in tantum, ut, grates certè pro exoneratione debeantur illis: ac valde videantur ingrati Opifices, qui in ſuis manufacturis negotiari prohibere voluerint Mercatores: quam controverſiam tamen, ut præmaturam ſuſpendimus hîc atque loco inferius commodiori ſeponimus.

§. II. Nimirum, ex quo, ſemotis etiam extraneis perſonis omnibus, Mechanicos ſolos tantæ invenimus multitudinis, ut huic enumerandæ vix ſufficiamus: Auſuris etiam obſtatura erat totius operis methodus, vi cujus de Perſonis jam tum actum eſt alibi: meritò, ne bis dicamus idem, abſtinemus. Iſte in præſens ſcopus eſt, ut rem annectamus perſonæ, effectum cauſæ; viſuri: Ecquænam manufacturæ ex officina quavis, de cujusvis Artificis, factô an jure, prodeant manu? Iſta tamen præjudicialis videtur Quæſtio: Utrum ex ſtatu rei, (manufacturæ;) certum judicium fieri queat de manu & artifice? An Artifex præcisè unius generis ſpecies fabricare & in iis conſiſtere obligatus; an verò non permittendus ſit, novas excogitare ſpecies? Unde de Rerum Inventoribus, ac novis manufacturarum inventis, dicendi occaſionem ſumere liceat. Seculum ſeptimum atque decimum

age-

agebatur medium, quando cultri complicabiles Taſchen-Meſſer in oris Thuringiacis fabricari incipiebant, atque mox ita evadebat hoc populare, ut non Serarii modò atque Pixidarii, Schlößer/ Rhor-und Büchſen-Schmiede/ verùm Solearii quoque in Waſungen, Saurbrunns Krumbach & Steinbach idem auderent: Fabri cultrarii Rulani obloquebantur: Rem eſſe Cultrariam, ſey Meſſer-Schmieds-Arbeit. Tum Iobſt Walſch, Solearius, de ſua inventione gloriatus, permittendum putavit ſibi Talentum concreditum ſibi liberè ulterius impendere: quin provocabat Cultrarios ad imitationem ſui!

§. III. Replicabant Illi: Talentum ipſius Orbes ferratos, vomeres, Rade Schienen / Pflug-Schaare/ ſoleas & id genus eſſe; in hoc ſe exerceto, ſuosque provocato Sodales! Clavos verò triobulares cudere, per Fabros clavularios haud iri permiſſum, nec forulos feneſtris per Serarios prætendere, ein Band oder Haken an einen Laden ſchlagen/ quantumcunque artes ſint affines; aut quàm affrabrè præſtare id ſumat ſibi, quin Turbatorem eum proclamaturi ſint: Quodſi tamen artis ſuæ tam confidat ſe peritum, non fore, ut egeſtatē vereatur, ſi in ea ſe exerceat; Expetitores manufacturarū genuinarū habiturus ſit ſufficientes. Aliis ergo ſuas relinquito! Et planè, Quævis cauſa vindicat ſibi ſuos effect9 peculiares, non obſtante ſeu artiū affinitate, ſeu autoris idoneitate. Autodidacti nō feruntur inter mechanicos: ut alibi traditum. Quodſi tamen artis alicujus magiſtri, non dico tam inepti, ſed tā ignavi, certè tam ſecuri ſunt, ut non niſi quotidiana & popularia tractent, ſi quis eis

non acquieſcat, malè eum habeant, Sodalium ſuorum, viam eandem den Schlendrian culcantium, omninò ſecuri: Mox autem, ubi alius novi quid excogitavit, conſurgunt, Turbatorem proclamant, rem iſtam ſuæ arti vindicant: Meram credo invidiam! Eccur enim eo usque dormitarunt, ſi in conſcientia convictos ſe putant, ad ſe attinere? Reliquatores debiti Reipublicæ fuerunt, digni, qui eo priventur, quod ſpreverunt ipſi!

§. IV. Sed recurret hoc argumentum inferius: In præſens, occaſione dictorum, de novarum manufacturarum Inventoribus quædam prolaturi. Ubi dubium occurrit: Quomodò quadrent ad invicem: Informatorem non habuiſſe, & novas tamen ſpecies produxiſſe? Cui repono breviter: Talia ſnnt prædicata, qualia permittuntur eſſe à ſuis ſubjectis; qualis cauſa, talis effectus. Videtur enim dubium hoc quadrare ſolùm ad moderna Collegiis aptata tempora, quæ non in manufacturis modò perfectionem, verùm in earundem Autoribus deſiderant dexteritatem, peritiam, & experientiam; quin hoc etiam, ut in ſcholis adprobatis quis fuerit verſatus. At, circa prima initia, quod quemvis ſumere cogebat indigentia, quod cuivis ſuggerebat ratio, ſuppeditabatque Natura, id ſatis tum erat, donec diem docebat dies: prout facile eſt, Inventis aliquid addere: Quales igitur cunque manufacturæ hodie ſunt antiquæ, ut autor atque ætas ignoretur, ſuô tempore fuerunt novæ, ſuosque habebant ex quovis genere hominum atque profeſſionum Autores. Parva ſunt rerum omnium initia:

Ni-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-693366-p0032-9

Nihil in ſua juventute perfectum, quales hodie ſunt, primitus haud fuerunt. Quodſi tamen concurrant Ingenii capacitas, & materiarum ſufficientia, res magnæ expediri queunt. Paucas ante ſeptimanas, ſcribit Baro Schrœderus, Theſaurô Ducali Camerali *Cap. XCII.* §. *2.* Dresdæ obiit Artifex, Coquus nomine, arte Sutor, vulgo der Poſaunen-macher dictus, qui ſuô marte atque ingeniô tam raras in omni genere rerum mechanicarum invenit fabricavitque manufacturas, ut incertum ſit, Gallia an Belgium ipſi dederit æqualem: fuitque reputatus idoneus, qui ingenii acumine opificia omnia ſuæ perfectioni adducere potis ſit.

§. V. Frenis, Ephippiis & Stapedibus quid hodie frequentius? & tamen circa primos Inventores exinde dubium eſt, quod Plinius *Lib. VII. Cap. LVI.* Peletronios inveniſſe ſcribit; Horatius quoque *Lib. I. Epiſt. XIV.* ephippiorum meminit, verſu

Optat ephippia bos piger: optat arare caballus.

Contrà tamen, alii ephippium neutiquàm equeſtrem admittunt ſellam, eâ ut nunc eſt formâ, Sattel/ſed quicquid equo inſternitur, eine Roßdecke/ aut ſe ipſum injicit, ut Eques ipſe. Quoniam ἐφίππιον ἀπὸ τȣ̃ ἐφίππȣ, ab eo, qui equo inſidet & eo vehitur, & ſic propriè de milite equite dicitur: ut habet Salmuht ad Panciroll *Rer. memorab. part. II. Tit. XVI. p. 274.* Nihilominus generale iſtud nomen ſpeciebus, ut nunc in ſua ſunt perfectione, attribuitur. Plura qui de Noviter repertis videre cupit, eundem Autorem juxta cum Polydoro Vergilio de rerum Inventoribus legere poteſt.

poteſt: Scopus noſter eſt, non mera hiſtorica, ſed applicationem ad jus tractare. Ne tamen in re, quantum ad ſuum pertinet ſtatum, vili, ac tum demum, ubi aurô gemmisque ornatur, ſplendida, qua de occaſione *Tit. C. Nulli licere in frenis & equeſtribus ſellis XI. 11.* Dn. Præſes alibi, ſubſiſtamus; licebit hypotheſi noſtræ: & ratione Perſonæ, non ſemper illius artis magiſtrum; & ratione rei, non confeſtim in ſtatu perfecto manufacturas producere; aliam laudare speciem, SPECULUM, vitreum regulariter, quale argenteum, autore Pliniô *XXXVI 3.* Praxiteles Statuarius, primus fecit, Magni Pompeji ætate. Inventa ſunt item Specula ex ferro, plumbo, chryſtallo, vitro, miſtisque materiis, in quibus effigiem noſtram contemplamur, ab Æſculapio primo, Apollinis filio: ut autor eſt Marcus Tullius, de natura Deorum *Lib. III.* Polyd. Vergil. *de rer. invent. Lib. II. Cap. XX. in fin. p. 177. fin.*

§. VI. Sed quid lambimus vitrum? accedamus ad rem literariam, videamusque artem Typographicam, quam Hadrianus Junius, *Hiſtoriæ Batavicæ Cap. XVII. 1575.* conſcriptæ, ex principiis ad eam rem planè inidoneis, ac per virum ejusmodi arti neutiquàm addictum inventam eſſe ſcribit; tanquam annis retrò centum duo de triginta Harlemi Laurentius quispiam Johannides, Æditvus hereditarius, forte in nemore ſuburbano ſpaciatus, ceperit faginos cortices principio literarum typos conformare, quibus inverſâ ratione ſigillatim chartæ impreſſis, verſiculum unum atque alterum animi gratiâ duxerit, nepotibus quos ex Thoma Petro quaternos habuerit, exemplô futuros.

Quam

qui Germanis in univerſum denegare non audent, Marcus quippe Mantuus Bonavitus *Paralip. Dialog. 4. circa fin.p.586.* Germanis Bombardarum, circa A. C. MCCCLXXX. & artis impreſſoriæ per Io. Guttenberg MCCCCXLVI. inventionem adſcribit: Sinenſium tamen traducem eam aſſerunt, ut qui pluribus ante Germanos eam habuerint ſeculis: quod agit Joh.Petr. Maffejus hiſtor.Indicarum *Lib.VI.fol.256.* Et fatemur planè diſcrimen Inventionis primævæ, in abſtracto, ab Introductione in certum locum, in concreto: ſufficeret ergò Germanis, quantum ad Europam attinet, obtinuiſſe inventionis gloriam! Atque nihil incommodi eſſe, Salmuth in Pancirollum Rer. memorab. *Part. II. Tit. XII.p.247.* ſcribit, Rem unam eandemque & Novam & Veterem cenſeri, Relatione ad diverſos Populos: ut vetus ſit Typographia, habito reſpectu ad Sinenſes; at Nova, quatenus à Guttenbergio Moguntiæ eſt excogitata. Unde tamen neutiquam ſequitur, Germanos à Sinenſibus didiciſſe.

§. VII. Foret aliquid, ſi aſſerere poſſent hujus quoque fabulæ aſſertores, Exemplar aliquod typographicum ad Germanos è Sina fuiſſe delatum: Iſtud verò credibile minus eſt: Quendam per mare Germanicum & Balthicum navigantem, in Regionem Chinenſium, qui olim Seres dicebantur, fuiſſe delatum, eundemque cui Luſitani cum celocibus ſuis ſe adjunxerant, animadvertiſſe, Imprimendi artem ibi exerceri: Viſis itaque & probè conſideratis typis ac formis illis, in Germaniam reverſum, ſimilem chalcographiam concinnaſſe: quod Pancirollus perſvaſum

ſibi habet. Proxima nimirum per mare Balthicum ad Sinenſes via eſt! &, Cur Luſitani comites non æque fuerunt curioſi, atque in ſuam patriam reduces eandem inſtituerunt artem? Certè ergo vel eatenus Germanis debebitur prærogativa! Quemadmodùm Linteones Frankenbergenſes, qui pannos Atrebatenſes, Veſalienſes, & id genus alios, ab Inferioris Germaniæ Populis excogitatos, vulgò Harras und Niederländiſche Waren / in quibus texendis prædicti Linteones multum impenderant laboris, Pannifices tamen poſteà vindicabant ſibi, Dominos Conſiliarios Senatûs Electorales Saxonicos Aulicos contra Pannifices tuendos Menſe Nov. MDCIX. decreviſſe, Carpzovius *Lib. I. Reſp. XLVII.* teſtatur. Ne videlicet ſpe lucri, addo ego: & Honoris inventorum, excidant.

§. VIII. Sunto nimirum ut Virtutis ita Artis præmia! quorum *primum* eſt Honorifica rei recordatio, & perpetua primorum gloria; ut ex hiſtoriis conſtat. Sic Deſcriptio Britanniæ Germanica *p. 513.* Jacobum Baaer von Montrey commemorat, aeris rerumque metallicarum poſt multa impenſa ſtudia expertum, qui Canfordiæ, urbe Dorceſtriæ chryſocollam & alumem coquere inſtituerit: quanquam nec primum abſolutè ſolumve fuiſſe, ex eadem deſcriptione *p. 535.* colligas, quod in Inſula Mena h. e. Angleſey & alumen & vitriolum paretur. *Proximum* abhinc eſt, ut Inventori inventa ſua relinquantur, nec alii tentare illa permittatur. Ex quo igitur per ſuperius modò allegata conſtat, telas varii generis Belgicas in ſuperiori hac Germania, non per Pannifices excogitatas,

in-

introductasve; ſed aut per Linteones, & qui ab his didicerunt: æquitas poſtulat, licere his per illos huj9 artificii ſecuros agere, & à Principibus, aut penes quem ſtet alium, in protectionem recipi, atque ſi numerus eorum inſtaurando ſufficiat Collegio, Rotulum; ſingulis autem privilegia indulgeri: prout aliarum inventionum autoribus obtigiſſe cognitum eſt. Sic A. MDCXCIV. d. 26. Martii referebant Novellæ Pariſinæ: Illum de Beamont novum Chalibis genus inveniſſe, quod probatum, bonitate ſuperet extrinſecus importata; quapropter Regem privilegium vicennale ipſi dediſſe, hactenus tamen reſtrictum: Ne libram ſupra duos ſolidos ſive Schillingos vendat.

§. IX. Unde diſcimus *ampliationem*, non his modò qui planè novas excogitant manufacturas; ſed qui gradum ſaltem præexiſtenti addiderunt, aut qui præexiſtentes alibi, iſtuc tamen ubi usque eò erant incognitæ, introduxerunt, benèfaciendum eſſe; datô, ſeu abſolutè, ſeu ad tempus certum, aut ad dies vitæ privilegiô; quale expetebant ſuprà nominati Cultrorum Manubriarii Stein-bachenſes d. 11. Januar. MDCLX. Et Pannifices Longo-Saliſſani ex eo, quod texturam Atrebatenſium telarum iſtuc introduxerunt, Titulum der Tuch- und Raſchmacher obtinuerunt. Varias interim obſervare licuit & *declarationes*; quarum aliquæ à perſona deſumtæ, aliquæ à re ipſa, fallor an ex invidia promanant. Unam ſolùm videamus & alteram. *Prior*, eſt quaſi exceptio Inhabilitatis & qualificationis ad cauſam; qua utebantur Fabri cultrarii Steinbachenſes collegiati, quando noviter emerſerant Manubriarii, (ſu-

dus inoculis alterorum, ) petierantque tolerari: Poſt alia enim multa, in ſua declaratione d. 22. Martii MDCLX. contra Novatores allegata, quæ præter neceſſitatem hîc recenſere ſuperſedemus, provocabatur ad obſervantiam, qua αὐτοδίδακτοι haud tolerentur, nec in Collegia recipiantur; præprimis, cùm ipſimet parati ſint atque ſufficientes, deſideriis novarum illius generis ſpecierum reſpondere. *Deinde* arguebatur conſequentia abſurda, ſi ab exemplo alicuius ſubjecti irregularis, procedatur ad deſtructionem integri alicujus collegii. *Tum* negabatur res ipſa: ex ſuo ſc. alteros illos ingenio confinxiſſe haſce ſpecies; ſed è Pixidarii cujusdam, Jurisdictionis Liebenſteinenſis officina, quam temporis terendi gratiâ ſemel iterumque fuerint ingresſi, extuliſſe; qui & ipſe tamen eatenus Turbator exiſtat.

§. X. Quantum enim ad inſtantiam *primam* attinet, reſponderi facilè poteſt, diſtingvendo autodidactos ſpecierum præexiſtentium, & novarum; ut quantum ad priores quidem concedatur argumentum: Quodſi autem & novas arrogabunt, patientur exceptionem *habiti pro derelicto*: quodſi ſciverunt enim, tanti intereſſe ſuâ; malè ſecum ipſis egerunt ipſi, quod civitatem tamdiu re neceſſariâ aut jucundâ deſtituerunt, usque dum ab alteris excitarentur: Ea enim eſt plerorumque ſeu ignavia & ſecuritas, ſeu ferocitas, ut ſi emtores, conductoresve contenti eſſe nolint ſpeciebus prout jacent, vadant quorſum velint! Certi nempe, quod Sodales cœteri nihilô futuri ſint meliores. Inventorem autem novarum utrique mallent

able-

ablegare ad Rhadamanthum; quò ſtertere illis liceat ulterius. Inſtantia *ſecunda*, quod ad rarius contingentia non ſit reſpiciendum in pernitiem ſtatûs ordinarii: Solvitur diſtinctione ordinarii legitimi & corrupti: quando enim ea ſomnolentia totum invaſit Collegium, ut nemo eorum tendat plus ultra, neque calcant viam niſi tritam, den Schlendrian/ tum meritò excitandi veniunt, datô Inventori præmiô, ut ſeu ſolus exerceat ad tempus certum, trium, decem, viginti annorum; aut incertum, Vitæ: ſeu recipiant eum in conſortium, tum enim ea ſpecies evadit toti Collegio communis. Deinde negatur conſequentia: ſi enim ſalvos ſe crediderunt in ſua ignavia & ſomnolentia, eamque viam neglexerunt; fruſtrà proſterni ſe novis mox inventis queruntur. *Tertia* exinde corruit, quod gloria novæ inventionis non pendeat ex miraculoſa & immediata infuſione divina, ut Bezaleelis *Exod. XXXI. 2.* oportet utique occaſione quem inductum fuiſſe.

§. XI. Altera *declaratio* eſt, ut ſi quid novi quis excogitaverit, Collegio id denunciet, ac Seniorum cenſuræ ſubjiciat: quorſum allegare licebit Rotuli Materiariorum Geravianorum articulum XVII. Von Erfindung anderer neuer Muſter von Seiden-Wollen-Hären-Leinen-Arbeit. Da auch ein oder andere Meiſter eines neuen Muſters oder anderen neuen Arbeit/ es wehre Seiden-Wollen oder Leinen/kundig würde / und dergleichen zumachen ſich unterfangen wolte / ſo ſoll er es erſtlich unſern Ambte / Bürgemeiſter-und Rath / ſowohl auch denen Ober-Meiſtern anzeigen/und alsdann

darauf ein Stück zur Probe verfertigen / und darüber erkennen laſſen/ob es paſſiren könne / oder Kaufmanns Guth ſey/oder nicht? darmit man alsdann des Siegels und der Farbe halber / und was von jedem Stück zugeben/ ferner Verordnung thun könne. Ubi plura veniunt attendenda. Nam, ſi mera Contribulium foret obſervantia, grave utique futurum erat Inventori, Cenſuræ ſubmittere, re ipſâ, eorundem informationi exponere inventa, qui usque huc ne per ſomnium cogitarunt quidem, ne dum præſtiterunt, ſed eo ipſo dum cenſuram exercent, principia penetrarent: ut nulla Inventori expectanda ſit gloria, compenſatio, aut lucrum: contrà, non defutura, quæ taxent; ac dudum ſe ſciviſſe jactent. At verò, Præfecto ac Senatui denunciare jubetur: aliud quid ergo ſubeſt!

§. XII. Nimirum ſi penitius intuearis, non agitur 1.) de ſpeciebus abſolutè novis & quantum ad ſubſtantiam inſolitis; verùm de ejusdem ſpeciei diverſis figuris; ut innuit rubrica: Von Erfindung anderer neuen Muſter. 2.) non tam de Inventione quàm æmulatione atque introductione: textus in verbis kundig würde / und dergleichen zumachen ſich unterfangen wolte/ ex qua formula colligo 3.) Attentatum adhuc verſari, non perfectum: latet in verbo unterfangen wolte. 4.) Præſupponi perſonam Collegio annexam, non liberam; 5.) non tam agi probam & periculum, quo aliquis nudam adhuc quærit adſtipulationem inventi, & ſic ſuæ perſonæ ſtatum, ac rem privatam: ſed cauſam totius Sodalitatis, Civitatis

ac

ac negotiationis; quoniam ejusmodi manufacturam mercaturæ foras intendit emittere: verſaturque adeò intereſſe commune; Ne ſi hujus manufacturæ deprehendantur lubricæ, ſuſpicio & contemtus redundet ſimul in cœteros: quorſum tendit formula Kauffmanns-Guth. Neque denique 6.) per hanc ipſam cenſuram, ſive artifici, privilegium deſuper petendi, ſive Magiſtratui, ſi merebitur, deferendi præcluditur licentia: dum ſolius negotiationis ſalus ibi agitur. Cœterùm Ronneburgenſibus Materiariis nova inventio libera relicta, ſicut ſcriptò atteſtabantur d. 16. Octobr. MDCLXXX. inter cœtera: Auch/da einer ein neu Muſter von Seiden/Häären oder Wüllen kundig würde/zuverfertigen befugt ſeyn ſolle. rc.

# Caput IV.

## De

## *Manufacturis Doliariorum.*

§. 1.

Sed properamus ad rem ipſam, Manufacturas, viſuri earundem hinc Corpora, iſthinc bnoriſmata: & illa quidem, partim cognoſcenda, partim promovenda. Cognitio alia hiſtorica eſt, alia Me-

Mechanica; atque ibi occupamur ſeu diſtribuendo, ſeu attribuendo. Aliæ namque manufacturarum ſunt ſpecies, aliæ partes ſive membra: Illæ Principales aut Adminiculantes: ac porro Priores aut Ordinariæ aut Extraordinariæ; eæque ſeu Indigenæ, Noſtratium, ſeu Forenſes Exterorum: Mobiles item an Immobiles: Probatæ an Reprobatæ: atque ſeu Noviter inventæ ſeu Præexiſtentes, Receptæ ac Frequentatæ an Obſoletæ. Propriæ cujusque de ſua manu profectæ, an Adſcititiæ. Haud confeſtim enim ut quamque penes quemvis invenias Opificem, cumprimis Forenſem, Kramer-Handwercke/ ita ſuam credas creaturam! Sed aliæ naturales, ut ſic dicam eorum ſunt operæ, aliæ adoptivæ: quod nec ipſi diffitentur Manufacturarum Merciumve diſcrimen. Sic ACUARII per Ducatum Vinarienſem populantes, Rotuli per Sereniſſ. Fratres Duces d. 24. April. MDCLXIIX. confirmati, articulô IIX. Rubr. Was ein jeder Meiſter der Nadler zumachen/ zuführen/ und damit zuhandeln befugt ſqq. Textu Es ſoll keinem etwas von Stecknadeln/ Hefften/ Senſen und Schnüren/ Kornrollen/ Bienen/ Hauben/ Kraußen/ Schleyerdratt/ Ketten und was von Eiſen und Meßing-Dratt gemacht wird/ zumachen und zuvertreiben vergönnet werden ſqq. usque huc negotiatio ſuarum: ſequuntur adſcititiæ: Unterfing ſich aber ein Meiſter dieſes Handwercks/ mit ſolchen und andern Wahren/ welche die Nadler neben ihren ſelbſtgemachten Wahren zuführen befugt/ als/ etwas von kurtzen Wahren/ ſo zum Nadler-Handwerck gehörig/ Meſſer/ Schuſter Nadeln/ Seithen/ Spiegel/ Kämmen/ Fingerhüten/ Senckel/ Bürſten

und

und andern Nadelwahren / hauſieren zugehen. ſqq.

§. II. Suntque adeò Manufacturæ res corporeæ, quæ cuique Mechanico ſecundùm naturam artis ac jura Collegii, è materia congrua, proba ſufficientique, debitâ induſtriâ atque fide, ſuis auſpiciis an ex conducto in certum probatumque uſum fabricatæ, de manu exeunt. Utrum verò uſus earum receptus, iſtæque frequentatæ ſint, quod commune quidem cum Mercatoribus Mechanicorum eſt votum; an obſoletæ ac neglectæ; caſui atque fortunæ imputandum, melioraque fata utrique habent expectanda. Elegans exemplum aliàs notum, noviter legendum præbet nobis Dœplerus *tr.* von Leibes-Strafen. *p. 812.* de Pileone Pariſino, quem ingens pileorum antiquatorum ad incitas redegerat copia. Rex inopinatò prætervectus ab ipſo de gratia Regia imploratus, cauſam mendicitatis ſciſcitans, atque edoctus, detractum de ſuo capite pileum mox projiciens ipſi, cumque inveteratorum uno permutans, inquiebat: En, ſat eleemoſinarum habeas! atque Dictum factum etiam! dum non Miniſtri modò Regii, quin civium quisque Regis ad exemplum componere ſe affectantes, tot ab ipſo redemerunt, quot dare vix poterat, pileos.

§. III. Sicut autem manûs unde exeunt, Artifices puto, ob nimiam multitudinem cenſere auſus haud fui; Ita longè minus manufacturas, reverâ innumeras, enumerare ſumo mihi; claſſem tamen præcipuam, & ad argumentum academicæ diſputationis quadrantem, Liquidarum & Litigioſarum ſelegiſſe juvabit: præcipuò autem ab illis, quarum in Corpore

noſtro Juris ſit mentio, exordiar: DOLIARIORUM videlicet, qui & Vietores audiunt, ac varia vaſorum genera fabricant. Unde & varias apud Germanos nanciſcuntur appellationes, gros- und klein Bänder/ item ſchwartz-roth- und weiß Bänder. Vocem quod attinet VIETORES, Budæus eam Pandectis noſtris intulit, quando in *l. 27. §. f. ff. ad L. Aquil.* pro voce TECTORES eam repoſuit, atque Laccum interpretatus eſt, eſſe Excipulum muſti defluentis à torculari; ein Stutz oder eine Wanne. Sunt autem hæc Ulpiani verba: Item, ſi Tectori locaveris laccum vinô plenum curandum, & ille eum pertudit, ut vinum ſit effuſum; Labeo ſcribit: In factum agendum. Planè, ſi non agatur aliud, niſi res ipſa, poſſet aſſumi hoc auſum Budæi: agunt quippe Vietores noſtri in vaſis ligneis viendis tantundem, quod illius ætatis Tectores in figulinis incruſtandis tegendisve. Verbinden/ verpichen hodie ſucceſſit in locum verſchmieren/ vergypſen.

§. IV. Enimverò, nec verbum hoc, Vietores, neque intentionem Ulpiani eam fuiſſe, ex Baſilicis, conjicere licet; ubi vox Græca legitur Κονιάτας: Dicebantur autem Κονιάται, qui opere tectorio inducunt, Dealbatores, in notitia ſub *l. 1. C. de Excuſ. artif. X. 64.* quos ibi Gothofredus explicat Κονιάτας, Tüncher/ Gypſer: qualis & *l. 5. § 7. ff. Commod.* occurrit. Plura de nomine nunc haud afferemus: de Effectis ſolliciti magis. Videatur Cujacius *Lib. X. obſ. IX. Col. 218.* Sunt autem ea Vaſa lignea, è ſciſſilibus conſtructa: quanquam id nomen generale receptaculorum è quavis materia, metallina ſint, lapidea, an teſtacea, lignea,

co-

coriacea, an denique linea vel cannabina: ſed à contentis ac deſtinatione, liquidorum an aridorum: granaria an vinaria: à capacitate autem ſeu quanto, Majora & minora. Quorum haud pauca, cùm in Pandectis etiam ſint obvia, hæc mihi ſelegi; nec tædioſus ſpero futurus B. Lectori, ubi recenſuero. Prima prodeat AMPHORA, nec enim curioſus ero in quærendo diſcriminum fundamento. Meminit autem illius Julianus JCtus *librô ff. XV.* Cùm nempe certus numerus amphorarum vini legatus eſſet, ſub declaratione: ex eo, quod in fundo Semproniano natum eſſet. *l.5.ff.de Trit.vin.ol.leg.* *Duo* exiſtebant, quæ movebant ſcrupulum: *Unum*, Menſuræ potius, quantitatisve in abſtracto nomen id eſſe, quàm corporis, ipſiusve vaſis. Teſtator quippe non vaſa, ſed vini quantum, ſeu menſuram cogitaverit: Id quod innuit JCtus verbis ſequentibus; Et minus natum eſſet: Non amplius deberi placuit: & quaſi taxationis vicem obtinere hæc verba: Quod natum erit. Germ. wenn ſo viel wird. conf. *l. 13.eod.*

§. V. Atque ut verum hoc eſt; ita vox ipſa, Amphora corpus anſatum denotat: Græcè enim ex ἀμφὶ & φέρω, quod utrinque duabus feratur anſis, dictum. Utrumque ergò, & Corpus & Menſuram ſignificat. conf. *l.15. med.l.16. eod. l.21.§.6 ff.de Furt.* Atque Vas amphorale apud Plinium *Lib.XXXVII. Cap. II.* dicitur, quod amphoram capit. Nimirum Vietores tumultuaria temerè haud fabricant vaſa, quin usque ad menſuram reſpectum habeant. *Alterum* dubium erat, Fictiles fuiſſe amphoras, ut perperam adeò Vi-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-693366-p0045-1

etoribus attribuamus, quod Figulorum opus eſt mage: ut leges apud Horatium, *arte poët. verſ. 21.*

amphora cepit
inſtitui, currente rotâ cur urceus exit?

Eſto autem & hoc verum, Conſveviſſe tum ibi Figulos formare amphoras: non tamen, ut ſpecies illis peculiares, addictasque ſibi cum jure prohibendi alios, ſuô quoque modô aliunde fabricare. Sic enim & *ex Oniche* Cornelius Nepos in fragmentis ex Plinio *Lib. XXXVI. Cap. VII.* commemorat amphoram: Quid vetabit ergo *ex lignis* fisſis Vietores quoque conſtruere tales, eisque nomen imponere idem? Vino tamen condendo cum maximè inſerviiſſe, tam Cicero, pro Fontejo *Cap. V.* innuit, ubi Tuturium Toloſæ quaternos denarios in ſingulas vini amphoras portorii nomine exegiſſe ſcribit: quàm Horatius, *Lib. III. Od. 21.* ubi natam ſecum Conſule Manliô amphoram laudat, ſey ſo alt als Er. Inde Vinum amphorarium Proculus in *l. f. §. f. ff. de Trit. vin. ol. leg.* dicit.

§. VI. Accidit, ut qui vinum Surrentinum in urnalibus habebat diffuſum, Is tibi vinum legaverit in amphoris. Heres negabat utrumque: Urnale, tanquam non legatum; Amphorarium, tanquam non relictum inventumve. At, omne illud quoque vinum quod in urnalibus fuiſſet, legatum eſſe, Labeo & Trebatius reſponderunt *d. l. f. in pr.* Opidò liberales dixeris, ultra Teſtatoris intentionem! At illi eam ſic aſſumſerunt, tanquam ad menſuram magis, quàm ad corpora vaſorum reſpexerit. Aut quod ſimilius vero, tanquam certam vini ſpeciem, Surrentinum cogitans,

vo-

voluntatem ſatis declaraverit, ne error in vaſorum nomine aut demonſtratione ſit illi noxius. §. *29. & 30. J. de leg.* Erat enim Surrentum opidum Campaniæ, quæ Italiæ regio fertilisſima, in qua ſummum eſt Liberi patris & Cereris certamen: Unde credo Brunnemannus *ad h. l.* vina dulcia, quorum tamen in textu mentio fit nulla, aſſumit. Cœterùm, ad alios quoque usûs amphoras adhiberi, & aliud quid in eis abdi potuisſe, Cicero *Verrinâ IV. Cap. 74.* aſſerit, dum amphoras Mellis expreſsè nominat. Quemadmodùm haleces ſale conditas ad nos dimittunt Belgæ, doliis incluſos; ac nosmet ipſi carnes, brasſicam, cucumeres, ibi recondere ſolemus. Plura deſiderantes ad Julianum JCtum in *l. 216. d. V. S.* ablegamus.

§. VII. Amphoris Proculus conjungit CADOS, eosque in eadem *l. 15. ff. de Tr. vin. ol. leg.* vel binâ exprimit vice. Erant autem & iſti vaſa vinaria, quibus vinum condebatur; & decem quidem, vel, ut volunt alii, duodecim congiorum: cujus generis vaſa lignea circulis virgultorum, betulorumve cincta, primi in Alpibus ruſtici excogitaſſe feruntur. Fuitque adeò & ipſum genus hoc ab initio figulinum, & Corporis ac ſimul Menſuræ ſignificativum. Fuerunt tamen & aliûs materiæ vaſa, *Coriacea* nimirum, non tam aridis, quàm liquidis continendis recepta, CULEI: cùm frumento vel de lino & cannabe ſufficiant. Eſt tamen ipſummet genus hoc unà Menſuræ ſignificativum, Viginti nempe amphorarum capax, vel XL. Urnarum; ut eſt apud Plinium *Lib. XXIV. Cap. 4.* & Columellam *Lib. III Cap. 3.* Hinc ſesquiculeare dolium, apud hunc,

eſt XXX. amphorarum. Cum Utribus jungitur inter vaſa militaria, trajiciendo amni; apud Nepotem *in Eumen. VIII. 7.* Vinô legatô, Utres non debebuntur: nec Culleos quidem deberi, dicit Ulpianus in *l. 3. f. ff. de Tr. vin. ol. leg.* Labeone ergò, à pertinacia cœteroquin famoſô, pertinax magis; qui juxta cum Trebatio *in l. f. pr. eod.* longè fuit liberalior. Nimirum quantum ad vinum; ſecus quoad vaſa. Quod tamen literam L geminat, id nec aliis eſt inſolitum: Varro *L. I. Rei ruſt. Cap. 2.* in eo agro, inquit, aliquotfariam in ſingula jugera dena colleà vini ſunt: Unde inſuper obſervamus, Neutro quoque uſurpatum fuiſſe: Sed hæc Grammaticorum ſunt.

§. IIX. Sequitur CISTERNA, quam vulgo puteum dicunt, in quem pluviam derivant aquam; ita dictam, quòd non inferius propullulet de terræ viſceribus, ſed cis ac ſupra terram de cœlo decidit, quo ſenſu Ulpianus *Lib. XX. ad Edict. in l. un. §. 4. ff. de Fonte* accipit. Idem *Librô XL. ad Sabinum*, vini quoque ciſternam dicit; ubi, poſtquàm, de nave oneraria quis furtô Sextarium frumenti tuliſſe dictum erat, pergit: Et, quid ſi Ciſterna vini ſit? quid dices? *l. 21. §. 5 ff. de Furt.* CUPA, vas vinarium amplum, aliqui pariter duplicatô P ſcribunt, in quo vinum in apotheca conditum ſervabatur, ut eſt apud Scævolam in *l. 93. §. 4. de leg. 3.* Vaſa vinaria, id eſt Cuppæ, & Dolia, quæ in cella defixa ſunt: Cujus deminutivum Cuppulas Ulpianus habet in *l. 3. circa f. ff. de Tr. vin. ol. leg.* Occaſio autem hujus philologiæ, utrique JCto dabatur, legatô quodam vini; ubi Legatatarii deſiderabant & vinum & vaſa;

vaſa; hæc, tanquam ſine quibus iſtud haberi nequeat: Acceſſorium autem ſequitur ſuum principale. Quæ Celſi quoque erat Opinio; tanquam tacita ea mens Teſtatoris fuerit. Ulpianus autem Arbitraria diſtingvit à Deſtinatis; ut mens Celſi procedat in prioribus: ſecus in his, quæ depreſſa ſunt in cella vinaria. Amplians I.) ut in Doliis, Cuppis, quin Cuppulis etiam id procedat, quia reputentur pro immobilibus. Sub declaratione, ſi in cella tanquam inſtrumenta defixa ſint. Ampl. II.) ut nec Vtres neque cullei eâ ratione debeantur.

§. IX. Collegium tamen Fabrorum, cui ſimile legatum obtigerat, prætendens idem, alio nitebatur fundamentô: Clauſulâ videlicet adjectâ: Vti optimus maximus: per *l. 22. pr. ff. de Inſtr. leg.* ubi Paulus ICtus Retia apraria & inſtrumenta cœtera contineri reſpondit. Quid eſt igitur, quod Scævolam reſpondere movit in contrarium: Non rectè peti quod legatum non eſt? Atque imò, legaſſe videtur utique Teſtator, eâ utens clauſulâ: *arg. l. 69. §. 3. de leg. 3.* Vbi ſi fundus, qui debet alteri ſervitutem, legetur ut Optimus maximus, liber dicitur præſtandus: ducendo argumentum à majori ad minus: à Libertate, tanquam re inæſtimabili, ab auferendo alteri jus debitum, ad præſtationem vaſorum, rem tantillam, vino æquè neceſſariam, ac fundo libertas eſt. Tiraquellus quando in *tr. de Retract. §. VI. Gl VII. n. 198. fol. 32.* in hoc argumentum incidit, & Gloſſam & Bartolum dicit n uſſitare: Ipſe verò Mendum in textu ſubeſſe putat; de cœtero autem provocat ad Baldum *vol. 3. conſ. CCXXXVI.* ubi

*fol. LX. col. d.* rem aliquatenus tangit, nodum tamen haud ſolvit. Quantum videtur, Clauſula illa: ut Optimus maximus: non in concreto accipienda, de Statu præſenti: alioquin Gajus in *d. l. 69.* haud reſponſurus erat de ſervitute quoque eximenda; ſed in abſtrrcto, prout fundus eſſe poteſt ac debet, nempe liber ab onere: Aſt, Dolia nihil conferunt ad fundum ut talem. Paulus autem in *d. l. 22.* ſupponit fundum Venatorium ein Jagt-Hauß: quorſum utique cenſenda ſunt retia, non minora ſolùm, verùm etiam majora.

§. X. Venimus nunc ad DOLIA, quibus ipſis Doliarii nomen debent. Eſt autem dolium Vas vinarium, capax & ventricoſum, ut Budæus ait: menſuræ tamen non certæ: cui conſonat vox Germanica, eine Kufe: quo poſitô, extricare poterimus nos è controverſia: Quare legatô vinô vaſa cedant cœtera: Dolia non æque? quam tractant Vlpianus in *l. 3. §. 1.* & Proculus in *l. 15. ff. de Tr. vin. ol.* Ille, rem ipſam; Hic, rationem deducit: &, quod notari meretur magis, hoc inſuper Trebatius: Vinô, quod in vaſis eſt legatô, id quod in doliis eſt, deberi negat: Cùm tamen, qui dolia deſcribunt, Vaſa vinaria eſſe aſſerunt. Informanto igitur JCti nos antè: quid per VASA intelligant? Ipſe autem Vlpianus in *l. 19. §. 10. ff. d. Aur. & arg. leg.* diſtinctè hoc agit, dum ait: Nam, Vaſorum appellatio generalis eſt, dicimus vaſa vinaria & navalia. Quo ſenſu accipiendus Budæus, & quicunque dolia vaſis accenſent. Aſt, ubi ad Familiam Oenopolarum veneris, & artem & ſermonem eorum ad-

addiſcere opus eſt, inveneriſque Dolia Vaſis contradiſtingvi & opponi. Nimirum quamdiu nondum lectæ ſunt uvæ, Vinum illi dicunt Pendens, ſo noch am Stock hengt. Diverſum tamen à Pendulo, quod vitium illius eſt: Wenn er ſich dehnt oder zeucht. Poſt vindemiam, vinum dicunt Coactum, eingeleſen / dein Preſſum; at dupliciter: quod enim in lacu primum exprimitur in der Strampf-Teuſe getreten / Proticum dicitur, Läuter-Moſt; quod verò torculari exprimitur, Tortivum, Kelter-Moſt. Tum verò vinum novellum Doliis infunditur, diciturque Doliare, gefaßten / eingefüllt: ubi relinquitur donec defæcaverit, verpraußt / ac tum in amphoras diffunditur atque cados, quod dicitur gezogen: Vinum autem ipſum vocatur diffuſum.

§. XI. Atque inde verum Vaſa inter ac Dolia dignoſcitur diſcrimen; quod videlicet hæc, Majora ſint, Illa Minora: Hæc fixa, cellæ deſtinata & quaſi immobilia; illa libera quaſi & ambulatoria; Hæc Patrisfam. Illa Oenopolarum, zum verzapfen. vid. *l. 15. ff. de Tr. vin. ol. leg.* URNALIS adjectivum, ſed ſubſtantivè poſitum, ſubaudiendo Urceus, aut Caliculus, ab Urna dicitur, eſtque vas aquarium, ein Schöpff-Eymer / ab urinando dicta, quaſi ein Taucher. Pariterque tam vas denotat ipſum, ut ſubſtantiam atque corpus, quàm quantitatem ac menſuram, amphoræ videlicet medietatem. Proculus eo verbô utitur in *l 16. pr. ſæpe dictô Tit.* Qui vinum Surrentinum in urnalibus habebat diffuſum, Is tibi vinum legaverat in amphoris: Dubitatum, an petere valeas amphorarium? quale tamen

haud poſſederat Teſtator: An verò Urnale? quale non expreſſerat. Neutrum ſperaveris, quantum ſtat penes heredem! Labeo contrà & Trebatius: Omne illud quoque vinum quod in Urnalibus fuiſſet, legatum eſſe reſponderunt. ut *ſup.*§. *VI.* dictum. UTRES denique Ulpianus in *l.3. in fin.d.t.* plurativô numerô in vaſis commemorat, quibus vinum quondam habere ſolebant reconditum; atque eo quidem ſenſu, quòd vinô legato, utres non debeantur, neque Cullei: at verò, Celſi affirmantem paulùm retrò admiſerat ſententiam. Videtur Quæſtio voluntatis eſſe, ſi textum legas integrum; ut ultimæ voluntates pleræque. Sed ſatis quidem diu morati nos ſunt JCti Romani, excuſabunt tamen ipſi Sectatores ſuos apud benevolum Lectorem.

# CAPUT V.

## DE

## *Litigioſis Metallicis.*

### §. I.

L*itigioſus*, nomen adjectivum, diverſa recipit ſignificata, prout ſubſtantivum ſe habet, cui adjicitur; Subjectum ſit an Objectum: tum enim modò activè ſignificat, hominem contentioſum; mo-

modò paſſivè, rem controverſam. Atque equidem, priori ſignificatu, ſi de Opificibus accipias, haud magnopere erraveris; dum non eſt profesſio quædam alia aut ſocietas, tot frequentata litibus; cùm extrinſecus cum aliis, tùm intrinſecus atque invicem; ac ſæpe ſuper re, ut videtur minima, ut hôc ipſo patebit capite. At enim, ne laceſſiſſe Crabrones, & perperam irritaſſe videamur, vocem illam eo ſenſu quo JCti ſolent, objectivè accipiemus, qui Pandectis peculiarem *de Litigioſis* inſeruère titulum: quanquam, ſenſu aliquatenus reſtrictô, ut per ac poſt litis conteſtationem res demum evadat talis; nuda denunciatio iſtuc haud ſufficiat. *l.1.d.t.* Eo etiam effectu peculiari, ut alienatio rei litigioſæ ſit ipſo jure nulla: *l.2.C. eod.* cùm, ſi retrò facta fuerit, in integrum reſtitutio adverſum eam acturo neceſſaria ſit. *l.8.§.1.ff.d. Alienat. jud. mut. cauſ. facta* conf. Dn.Struv. *Ex. ff. IIX. th. 90.* quam acceptionem forenſem in præſens haud inquirimus, ubi Mechanicis laxius pauló litigioſæ fiunt manufacturæ, quam primùm litem mutuò movent; & quidem non ſuper dominio ac proprietate, ſed jure fabricandi mercandive. Quemadmodum & jure Novellarum in foro ſufficit precum Principi oblatio, & parti adverſæ facta intimatio. Dn. Struv. *Ex.XLVI § 48.*

§. II. Et quidem, non tam deſtituit Mechanicos rixandi occaſio, quàm obruit; ex quo non eſt rerum corporalium aliqua, quæ manûs eorum non occupet; & quia ſuarum manuum operâ vivere oportet, jurium ſuorum vindices admodùm vigiles ſunt atque acres, ne quidquam, ratione ullâ, illis detrahatur per

quemcunque; Extraneus ſit, an Sodalis etiam; operando id fiat, an negotiando. Alter alterius manufacturas ne facito ſuas merces, nec alteri ſuas operas locato! Pelliones Cicenſes, ut in anteceſſum ad jus provocem, *Rotuli ſui articulô IIX.* cautum habent: Auch ſoll kein Meiſter frembde Wahre/ die nicht ſein eigen/ weder in ſeine Bude/ noch in ſein Hauß/ damit zu handeln/ nehmen oder hengen/ vielweniger einem andern Meiſter und Frembden vertreiben/ noch arbeiten/ ohne Vorwiſſen und Erlaubnis der Fürmeiſter. Die Strafe 2. ℔. Wachs. Ubi notes I.) Declarationem, Negotiandi: neque omninò enim jus etiam hoſpitii prohibebunt, aut officium amicitiæ, cuſtodiam! vel etiam liberalitatem, Donandi. II.) Ampliationem: Operandi: Nam ita Magiſter unus foret alterius Boëthus, minimùm Vicarius. Poſſet eâ ratione unus ad ſe trahere omnia, ſuosve Contribules tractare ut meros famulos: poſſet Forenſis quiſpiam eos turbare per indirectum, mediante ipſorummet Sodalium uno; quod utique haud ferendum: Intendunt ſui conſervationem, contra Exteros; Æquilibrium ad invicem; rem ſanè æquisſimam!

§. III. Quadrat huc Pileonum ejusdem loci *Art. XIIX.* Es ſoll auch kein einheimiſcher Meiſter frembde Hüte/ in oder auſſerhalb des Jahrmarckts/ in ſeine Bude kauffen/ und auf dem Marckte feyl haben/ Strafe 5. gr. von jedem Stück. Sic enim ad ſuammet excitantur induſtriam exercendam, ſuamque civitatem celebriorem reddendam. Sed tranſeat negotiatio, dum ſcopus eſt præcedanea manufacturarum elaboratio. Sive

au-

autem occupentur in metallis cudendis, ſive ligno contignando, ſive in Corio præparando, ſive lino lanave texenda; nusquam non lolia rixarum congerminant, ut providè ad fundamenta diſſenſionum; attendendum ſit. Quæ aliquando ponunt in ſpeciebus atque corporibus ipſis, aliquando ſolùm in partibus integrantibus, non rarò in ſola quantitate, quin gradibus denique operarum atque pretii: ut difficile ſit omnia penetrare, nedum ordinatè tractare; nos generalem Materiarum incedemus ſemitam, exordium à *Metallis* facturi, quæ tractant Fabri, diverſorum, tamen generum, prout ſeu ferrum, ſeu æs, aut plumbum tractant. Ferrariorum duæ ſunt claſſes principales, prout ſeu malleus ſeu lima præponderat, grob- und klein Schmiede/quorum priores tamen Solearii nomen præoptant, Huf-Schmiede: alteri Serarii, Schlöſſer à manufactura potiori, Sera: plures utique dantur alii, ſed non ubique obvii, neque inſtaurando Collegio ſufficientes; ut vel binas illas eâdem ſodalitate cohabitantes quondam heic loci inveniſſes claſſes. Quando tamen in Serariis unus erat rixoſus, qui Solearios variis unà implicabat litigiis, ſeparationem impetrabant equidem, at non Sodales modò futuri, verùm inſtrumenta & manufacturæ quædam vocabantur in controverſiam: quod argumentum evaſit capitis de Separatione Collegiorum.

§. IV. LIMA inſtrumentum pluribus Opificibus commune, Cornuariis, *vid. Tractatus de Inſtrumentis n.194.* Cultrariis, *ib.n.210.* Serariis atque Soleariis; quibus tamen ereptum eam ibant Serarii, tan-

quam inſtrumentum terminale, ſeu, quod differentiam conſtituat ſpecificam. *ib.n.56.* Solearii contrà dimittere nequibant, propter inevitabilitatem; ne per indirectum operæ atque manufacturæ illis auferantur, cœteroquin licitæ atque liquidæ. *ib.n.197.* Enimverò, Limæ duum ſunt generum, Crudiores, Raſpeln/ & tenuiores; illas tandem concedebant, die genante Horn-Feyle: has ſibi relinqui peculiares obtinebant Serarii *d.20. Febr. MDCLXXXII.* decretum Illuſtris Regiminis tum hujus loci, leges *d.tr.n. 714.* Indigentiam atque inevitabilitatem autem Solearii fundabant ſuper licentia ferrò obfirmandi carpenta, Kutſchen zu beſchlagen/ quam cum Serariis per antiquum *Receſſum d.14. April. MDLXXXIV.* §. Was aber die Kutſchen ꝛc. nacti fuerint communem. Haud inficiabantur hoc Serarii, dum contineant ſe intra terminos limæ majoris Solearii: Quisque nim. illorum pro ſubſtratâ materiâ. Der groben und kleinen Arbeit. CLAVOS tamen fabricandi jus, aſſerebant ſibi Solearii, tanquam partem artis; dum veſtire ſive munire pedem equi ferreis ſoleis, citra clavorum adminiculum, ſit impoſſibile. At enim, dum à Sodalitate reliqua ſoli diſcedebant Solearii, remanentibus ibi clavorum Fabris, quibus integra clavorum debetur univerſitas, decretum: Nagel gehören vor die in der alten Schmiede-Zunfft verbliebene Nagel-Schmiede / und können durch die Huf-Schmiede niemanden verwehrt oder vergönnet werden: Relictis tamen majoribus utrique arti communibus. Thor-Nagel bleiben Huf-und Nagel-Schmieden gemein/ vermög vorigen Vergleichs. Multum ergo ex facto res hæc

par-

participiat, & pro locorum diverſitate variat. Utriusque claſsis clavos, majores minoresve fabris Soleariis Naumburgi per *Receſſum d. 1. Decemb. MDCLVII.* cudere licet, ſub determinatione, welche die Zimmer-Leute verſchlagen. ꝛc. Eiſerne Fahnen ibid. verbothen.

§. V. Clavus idem iisdem Soleariis adverſos ipſos etiam Clavarios diſputandi dedit materiam, quos prohibere auſi, clavos ſolearios cudere; idque rotuli novi præcipuum MDCLXXVIII. voluerunt eſſe membrum. Huf-Schmiede zu Zell und Melis / Ambts Schwartz-Wald / begehren eine eigene Innung vor ſich alleine zu haben / mit Einverleibung / daß die Nagel-Schmiede ſich des Huf-Nagels zu machen enthalten ſollen. referente Joh. Lunbach,. Præfecturæ adminiſtrô: cum appoſito: Clavarios numerô eſſe multos, quorum potiſsimus usque eò labor in cudendis clavis ſoleariis fuerit occupatus; qui tamen, dum evehantur ad exteros, nulli ſint Soleariis præjudicio; citra quod ſi foret, ſubſiſtere haud poſſent. Ipſi inſuper Clavarii *d. 19. Septembr. MDCLXXIIX.* in audientia Ducali ſponte ceſſuros offerebant ſe fabricandis clavis majoribus, quibus clathi rotis affigantur: begeben ſich gäntzlich der Schien-Nagel: toleraturosve Solearios & cudere & venum habere Clavos majores cœteros; dum & ipſis iidem relinquantur liberi: Wolten den Huf-Schmieden gönnen / Huf-Schinn-Pfennig und zweer Pfennig Nagel zu machen und zu verkauffen / wenn ihnen auch dergleichen neben jenen zugelaſſen ſeyn ſolte. At enim, non aſperi modò Solearii, acceptando oblata; verùm ambitioſi quoq;, quantum ad manufacturas CATENARVM, quas ple-

plerasque, certè majores atque pretioſiores vindicabant ſibi: ac licèt Sodalitatem alteris offerrent Collegialem, tantis tamen limitibus circumſcriptam, ut repudiare ſatius ſit!

§. VI. Referebat autem præallegatus Jurisdictor, exceptionem Catenariorum: quòd Solearii non ſint idonei reſpondere deſideriis expetentium; adeoque videre cogantur, quod in tractibus circumjacentibus Clavarii Ruhlenſes, Schmalkaldenſes, Steinbachenſes ac Schönavienſes quantitate longè ampliori catenas fabricent & foràs ablegent. Ipſi Clavarii, conqueſti, in quas anguſtias coarctentur à Soleariis, ad ſolas vaccarum canumve catenas eos adſtringendo, cum præcluſione à catenis vectatoriis: ſolten der Ketten/ſo zum Geſchirre gehörig/ ſich gäntzlich enthalten/ keine Ketten/ ſo zum Fuhrwerck gebraucht werden/ mehr zu machen. Sondern ſich nur der Kühe- und Hunde-Ketten nehren. *d. 18. Septembr. prædicti anni.* Fatebantur, Collegiatos non eſſe, unum ex ſe, Tobiam Oehring/ frui Parentis ſui forenſis atteſtatô, hab ſeines Vatern auswärtiſche Kundſchafft zu genüſen/at Tobiam Anſchutz & Petrum Döll/ tali adminiculô deſtitutos, oportere Clavicularíam Juxtim exercere. Conquerebantur interim, quòd Serarii, utcunque jure Collegii polleant, varia audeant irregularia, machten Fronberger Arbeit/ etzliche nichts denn lauter Würck-Meſſer/und etzliche gar Kuh-Schellen/unde victum quærant: cum annexa Epicriſi: Beatum, qui calleat plura! ut uno expirante, recurſum habeat ad aliud, unde ſe honeſtè queat ſuſtentare. Atque credo ſodalitatem Soleariorum tum iniiſſe,

ex

ex quo *d.22.April.MDCLXXXVIII.* precabantur ſeparari, ac diſtinctô jure beari.

§. VII. Nec deſtitutos animadverti rationibus: Tam enim egerant ſincerè, ut Soleariis quantumcunque juncti, non tamen quidquam quod illorum eſt, tentaverint, rerum ſuarum ſatagentes, iisque contenti: Eo tamen non attentô, quoti de illorum familia jus ambiebant Collegii, vocabantur à Soleariis ad edenda ſpecimina illorum, Calceandi equum; quod neque didicerant tamen, nec exercere unquam cogitaverant. Quæ eſt exculpatio defectuum. II.) Quantumcunque tamen à ſua familia ſive ſchola deſiderari queat, ad hoc ſint parati: Prout Sereniſſimus quondam Erneſtus Dux Saxoniæ, beatiſſimæ recordationis, catenarum genus omne per provinciam uſitatum neceſſariumve, fabricandum illis commiſerit permiſeritque, alle Brunnen- Brücken und andere ſonderbahre Ketten/ ſo im Lande hin und wieder gebraucht werden. Quæ eſt idoneitas & ſufficientia illorum, & adprobatio aliorum. Succedit III.) innocentia & indemnitas, qua Convicaneis ſuis nulli ſint impedimento, ſed commercia exerceant extrinſeca. So hätten ſie auch ihre gewiſſe Handels-und Währ-Leute in Schmalkalden/Suhla und anderswo mehr/ welche alle Ketten/ſo ſie im gantzen Franckenlande und andern Orten verkaufften/allhier machen lieſen / alſo daß ſie allhier in Melis faſt nicht ein Stück verkaufften. Neque verò IV.) Lorarii ſolùm atque Ephippiarii circulos, & qua ſuppellectili ferreâ opus inſuper habent, ab ipſis redimant: Verùm V.) Ipſi Solearii catenas frenarias ad

G as-

aſſem ipſis committant fabricandas, die Zaum-und Halff-ter-Ketten tutzent weiſe. rc. Quas Aurigis poſtmodùm ſingulis divendant ſingulas: quas, ſi diffidant Catenariis, aut ſuis fidant viribus, fabricaturi erant ipſi.

§. IIX. In Metallis cenſendum & PLVMBUM: Utrum tamen, & Quæ inde fiant manufacturæ, atque utri Mechanicorum competant? vix mereri pretium operæ credideris, inquirere; dum ultra pondera & libras aliò vix adhibeatur: &, ſi Stannarii vaſa ſtannea plumbô inficiunt, ſtannea tamen jactant, nec improbantur, dum intra ratam, ſeu proportionem ſe contineant. Nihilominus Plumbum ductum gezogen Bley/ in manufacturis Vitriariorum cenſetur; Negotiatoribus contrà nonniſi crudum, venum habere permittitur: per Rotuli Feneſtrariorum Cicenſium *d. 29. Febr. MDCLX. Art. XII.* quemadmodùm & manufacturæ vitri, tam planæ quàm vaſa, ſolius illius opificii merx eſſe permittuntur *art. XIII.* Es ſoll auſſer des Glaſer-Hand-Wercks niemand/ es ſey wer er wolle/ mit Tafel-Glaß/ Bier- oder andern Gläſern handeln noch verkauffen.

§. XIV. Poſſem de Tendiculis / Rahmen manufactura cum Scriniariis controverſa, quædam afferre, ſi Artificum numeros atque ſpecies intenderem. Metalla imò propoſui, neque tamen abſolvi; cùm Aes, Aurichalcum atque Cuprum ſuperſit: cujus metalli operatores varii, magna multaque proferunt: Pars fundendo, Campanas, Tormenta; Pars cudendo, variamque fabricando ſupellectilem ac vaſa Oeconomica; majora, braxatoria, alembicos deſtillatorios; & minora innumera; neque facilè ob id controverſi-

am

am patiuntur extrinſecus : Invicem tamen lis moveri cepit, ſuper adpoſirione partium ad totum.

§. IV. Sunt nimirum illi alii ſedentarii, alii Ambulatores, Keſſel-Führer. Quando igitur Andreas quispiam de Leer, Brabantus, circa ſeculi ſuperioris annum ſextum ſupra ſexageſimum, à Sereniſſimo ERNESTO Duce Saxo-Gothano, triennale impetraverat privilegium, invehendi elaborandiq; aurichalcum; atq; effluxô diſceſſerat ſpatiô : Socius ejus Henricus Tryſa petebat renovationem. Intercedebant Cuprarii *d. 14. Maji MDCLXX.* petentes, inſeri clauſulam reſtrictivam, de non affigendis fulcris, keine Beine anzuniethen/alleine mit guten tüchtigen Meßings-Wahren/ohne angeſetzte Beine zu handeln: ex eo fundamento, tanquam operationi huic Exteri illi haud ſufficiant, könten kein tüchtig Bein annieth en. Ac delatum quoque illorum fuerat deſiderio, inſertâ clauſulâ Vendendi, non tamen Operandi. Ihre Wahre verkauffen/aber keine eiſerne Beine ſelbſt anhefften *d. 30. Maji prædicti anni.* Nec attenderant hoc ab initio Exteri! At enim, *d. 14. Julii* deprecabantur eam dictus Dryſe & Dieterich Cuſe : precantes, ut porro ſit liberum, quod retrò fuerat conceſſum. Cùm, quia Cuprariis Incolis id nulli ſit præjudicio : tum, quia ſic in ipſa conceſſa impediantur diſtractione. Quoniam enim Cuprarii domeſtici de adponendis pedibus rogati, poſtmodùm non difficiles modò ſe gerant erga emtores, moroſitate operarum, manupretiique gravitate; verùm corrumpendi ſuſpicione laborent ac periculo: unde per indirectum emtores abſtrahantur ſibi, ac privilegium evadat inane.

 ne.

ne. Nec temerè enim quis actûs emendi conducendive multiplicat, atque à duobus expetit, ab uno quod nanciſci poteſt: imprimis, quando ſubeſt alterius invidia, qua ſeu corrumpat ſubdolè materiam, ſuumque dolum imputet materiæ vitiô; ſeu auctiori manûs pretiô, quod emendo lucellum habuiſti, inaniat.

§. XI. Planè, videbantur Exteri Cuprariis indigenis non parvo eſſe impedimento, ſi ultra exteras materias venum importatas, liceat operas etiam elocare. Sic enim otiari cives coguntur inviti, ac poſtmodùm algere. Privilegium dabat illis ſolùm Mercari, non Operari; & quidem in corpore aurichalco; non pedibus, ferro! Enim verò, Temperamentum inventum, quo utrisque conſultum: ad ſuas id reſtringendo materias; quo ipſo pedes efficiebantur pars mercis, atque emtio magis erat totius compoſiti, quàm locatio partis adponendæ: à potiori fit denominatio. Relictâ de cœtero privilegii laxiore interpretatione. Proculus judicat, hoc jure nos uti, quod Servio & Labeoni placuiſſet; In quibus propria qualitas expectaretur, ſi quid additum erit, toti cedit; ut Statuæ pes aut manus, ſcypho fundus, aut anſa lecto. ſqq. *l. 26. §. 1. ff. de A. R. D.* vid. Gotofredus *in l. 21. §. 1. mihi lit. g. ff. de Furt.* Quare & reſcriptum Ducale ad Quæſtorem Waltershuſanum Menſe Auguſtô emanavit, inter cœtera hoc quoque argumentum concernens: Hiernechſt auch vorberührtes Privilegium eben dahin ſo strictè und rigidè nicht zuverſtehen/ daß ihnen gantz verwehret ſeyn ſolte/ eiſerne Beine/ auch nicht an

ihre

ihre eigene neue Wahren zu niethen. Wordurch ihre Nahrung gantz geſtopfet würde. Zumahlen niemand einen Meßingen Diegel ohne Beine ihnen abkauffen würde. Als können wir/bey ſo geſtalten Sachen/ und aus andern bewegenden Urſachen/vor dißmahl geſchehen laſſen/ geſtalt wir Krafft dieſes das ertheilte privilegium dahin erläutern/daß Tryſen und Cuſen/ noch die geſetzte Zeit über/ſo lang das privilegium wehret/ nachgelaſſen werde / an ihre eigene Wahren/ümb ſolche deſto eher an Mann zu bringen/ eiſerne Beine anzuniethen. Jedoch mit dieſem ausdrücklichen Beding/ gute/ tügliche Waaren und Arbeit zumachen. In ſimili, Menſe eodem, *d. 2. Aug. ſed annô MDCLXXVI.* ad præfectum Eisfeldenſem, cum provocatione ad ſuperius reſcriptum poſteà; Als wollen wir mehr angeregtes unſer privilegium hierdurch dahin erkläret haben/daß Impetranten vergünſtiget ſeyn ſoll/ an ihre eigene Waaren/ umb ſolche deſto eher an Mann zubringen und loß zu werden/eiſerne Beine anzuniethen, ꝛc.

§. XII. Videbor manufacturam metallinam, locô debitô, quo de ferro agebatur, oblitus eſſe; culpâ eò majori, quòd ratione perſonarum utentium, univerſalis; ratione temporis perpetua, & tamen opidò litigioſa ſit: CULTROS putà: rem quidem exiguam, ex diverſis tamen materiis compoſitam, & *quatuor* diverſarum familiarum Opifices occupantem: quorum *primi*, Fabri cultrarii ſunt, Klingen-Schmiede: *ſecundi*, Tectores, Beſchaler / qui cornu cervinô aut oſſibus manubrium obtegunt: *tertii*, Capularii, qui è ferro aut aurichalco manubria affigunt ſolida, Bak-

kenmacher / eiſerne Meſſer-Stielmacher / *Ultimi*, Acuitores, Schleiffer: qui, cùm ab Exteris controverſiam patiantur nullam, lites inter ſe tantò movent acerbiores. Ut taceam *quintam* ſcholam, Machæropoeorum Meſſer-Schmied / à Fabris laminarum, Klingen-Schmiede diſtinctam: Fatentibus ipſis quos modò dicebam, Tectoribus: dum agentibus adverſus ſe Fabris opponunt exceptionem *Non competentis actionis*: nec enim illorum ſit opera hæc, ſed Machæropœorum eiſerne und meßingene Meſſer-Stiele weren Meſſer-Schmieds Arbeit / ſie machten ſie nur vollends aus / kaufften ſie von ihnen. Obſtabit ergo & Exceptio *Juris Tertii*: Tacentibus Machæropœis, fruſtrà fremunt Fabri. Atque eſt quidem aliqualis oblocutio primos inter & ſecundos, junctim tamen impugnant tertios. Tectores, facultatem laminas per ſe an Boëthos cudendi, aſſerunt ſibi: & ſi quis eorum Specimina magiſterialia edere nequeat, luat ea Magiſtratui, Imperialibus binis; Collegio, florenô uno. Quando autem Fabri laminarum ſumebant ſibi, manubria ferrea cudere ac celare, contradicebant Tectores, comminantes Retorſionem, Furnos nempe exſtruendi. *d.22. Aug. MDCLXIIX.*

§. XIII. Erat quidem & alia Fabris controverſia, ſuper *numero* ſpecierum *diurno*; non tamen ſeu cum Tectoribus ſeu Manubriariis; ſed ſuæmet ſcholæ, aliûs tamen Jurisdictionis, magiſtris. Meditabantur nimirum Fabri laminarii Jurisdictionis Altenſteinenſis Rotulum novum, cui inſerendus ſit Articulus de libertate manufacturarum diurnarum, quoad numerum;



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-693366-p0064-7

rum; allegantes pro cauſa: Sodalium ſuæ familiæ paucitatem, quam Cruſtatores altero ſupergrediantur tantô. Soll ein jeder Meſſer-Schmied/weil derſelben annoch wenig/dargegen die Beſchaaler noch einſt ſo viel/ ſo viel er kan/ ſie ſeyen groß oder klein/auf Prob/und Schau/ Meſſer verfertigen. Et habebat ſpeciem, Declaratio: *ad Cenſuram*: quam ſi ſuſtineant, multitudo haud erit impedimento: nemo prohibendus cauſam ſuam facere meliorem, ſi fiat ſine detrimento alterius. Enim verò, vicini Ruhlani laminarum Fabri, certiores hujus attentati facti, intereſſe ſuâ dicebant: Hoc minime Altenſteinenſibus indulgeri; dum legibus ipſi ad numerum centenarium adſtringantur; non poſitivè, ut eum compleant, ſed negativè, ut ne ſupergrediantur! Idque non impediendæ induſtriæ ſuæ, ratione quanti; ſed ut augeatur ea in quali. Quodſi ergo Altenſteinenſibus arbitrium numeri relinquatur liberum, vereantur, ne libertas ea pleroſque iſthuc ſit illectura, atque artificium hoc penes Ruhlanos peſſum iturum. Precabantur itaque *d. 7. Jan. MDCLXI.* Illuſtre Regimen Iſnacenſe, velit apud illuſtre Regimen Gothanum in eorum favorem intercedere. Quo factô, reſcriptum ad Eliam Fuldam, ſuper facienda relatione: qui in Termino *d. 31. dito.* Protocollum transmittebat. Habitâ itaque audientiâ, declarabant ſe Altenſteinenſes, cum Ruhlanis quantum ad numerum paria ſe obſervaturos.

§. XIV. Illa non tam de manufacturis indulgendis, negandisve; quàm de *fundamento* quod præbeant cui, ad intromiſſionem in Collegium, erat contro-

troverſia : quando Cruſtatores Steinbachenſes *Kal. Aug.MDCLIX.* ductu *Art.III.* urgebant : ut non alius ſit recipiendus inter Cultrarios Faber, niſi qui cultros fabricet venatorios, nur die/ſo Hirſchfänger und Weidemeſſer machen. Sed, Quid inde? inquias! Nimirum, Manufacturis quibusdam ea prærogativa & privilegium competit, artis fines ampliandi, ut liceat Sodalium uni, ſeu ſellam unâ amplius habere conſtructam, ſeu duobus etiam cudere furnis. Ut ſunt Cultri venatorii: dum enim his inſudant, tot gladios atque cultros interim fabricare potuiſſent, quos interim poſthabere coguntur. Rotuli Steinbachenſium Cultrariorum de *Anno MDCLXI. art. IX. verb.* Soll ein jeder Meſſer-Schmied nicht mehr dann eine Eſſe und ein Feuer haben/ und ſich damit begnügen laſſen. Jedoch/ wer Hirſchfänger und Weydemeſſer verfertigen wird/ſoll eine Eſſe mehr zu halten macht haben.

§. XV. Iſtud verò palmarium, quod Fabri laminarum juxta cum Tectoribus, Beſchaler/ dubium movebant Manubriariis, ſeu Capulariis, Stielmacher/ circa annum Chriſti MDCL. exorientibus, erat: quòd ſumant ſibi partes illorum, Manubria fabricando: *ſive* enim ex ferro cudant, pertineat hoc ad Fabros: *ſive* laminis addant capulos, ſit hoc Tectorum; atque adeò novum hoc emergens, utrorumque præexiſtentium invadat jura. Quare ſæpius adverſus eos tanquam Turbatores movebant querelas; atque ut in ejusmodi cauſis novis accidit, in diverſas partes proferebantur ſententiæ; prout modò hinc modò iſthinc nova allegabantur jura.

§.XV.

§. XVI. Antiquiſsima ſententia in favorem Actorum hactenus fuerat concepta, ut Reis interim inhibeatur novæ artis exercitium, donec aliud quid jubeatur; videlicet prout jura ſua melius deduxerint: at verò docuerant, operas haſce ſuas non Fabriles, ſed Cultrariorum eſſe, nihilque adeò Fabris per eas decedere: neque intentionem ſuam eſſe, ſenſim illorum, quid arrogare ſibi; ſecutum igitur *d. 20. Aug. MDCLVII.* decretum illis favorabilius, cui aliquantisper adquieverant Fabri: Quando tamen antiquum vulnus refricabant, ſequens decretum ſequebatur: Demnach die Meſſer-Schmiede und Beſchaler dieſes Gerichts ſich vorlängſt beſchweret/ wie ihnen etzliche Eintrag thun/ und Meſſer mit eiſernen Stielen verfertigen wolten/ auch damahls ſo viel erhalten/ daß dieſen die Arbeit/ biß auf fernere Verordnung in Verboth geleget worden iſt. Dieweil ſichs aber ſeind deſſen im Protocoll befundẽ/ daß bereits in *Anno 1657.* den *20. Aug.* diesfalls ein Beſcheid dergeſtalt ertheilt worden: Weiln befundenen Dingen nach/ Beklagte mit ihren gantz eiſernen Meſſer-Stielen/ als Schwerd-Fegers Arbeit/ dem Meſſer-Beſchaler Handwerck keinen Eintrag thun können/ ſich auch erbothen/ darneben das gewöhnliche Meſſerbeſchalen nicht einzuführen/ Als bleiben ſie nicht unbillich/ wie zuvor bey Verfertigung ſolcher Arbeit ungehindert. Doch/ daß ſie ſich bey Verluſt der Wahren/ und Vermeidung anderer Strafen/ des gewöhnlichen Beſchalens/ gäntzlich enthalten. Und aber dieſer Beſcheid bereits vorlängſt ſeine Krafft rechtens erreichet/ als bleibet es nicht unbillich nochmahls bey ſolchem Abſchied/ und werden ſich die Meſ-

ſer-Schmiede und Beſchaler darnach zu achten wiſſen. Datum Schweina am 28. *Julii MDCLIX.* Elias Fulda.

§. XVII. Cui decreto, non Leuterationem aliudve ſuſpenſivum ordinarium, ſed Proteſtationem; neque tamen hanc intra fatale debitum, ſed *d. 27. Aug.* demum interpoſuerunt Fabri, juxta cum Cruſtratoribus. Quo ipſo anſam Capularii ſumebant, Jura ſua prolixius deducendi: & *primò* quidem fundabant ſe in poſſesſione, dum toto bienniô, & ante primum decretum *d. 20. Auguſti MDCLVII.* publicatum, manufacturas haſce palam fabricaverint, ac poſt illud alio continuaverint bienniô; tam Fabris quàm Cruſtariis ne quidquam obloquentibus: meritò ergò manu tenendi; quod nec Prædoni denegetur. Accedat *ſecundò* manifeſta Fabrorum Cruſtariorumque adprobatio, quando Philip. Kehr & Melchior Helvvig Fabri, Chriſtophorus item Barchfeld Cruſtarius, eorum officinas ſectati, & operis iſtorum pro certo manupretio fuerint uſi; binos in ſingula centena numerantes Joachimicos, & manufacturas tanquam ſufficientes commendaverint, es wäre tüchtige Wahre. Idque cœteris eorum Sodalibus haud inſciis, eoque ipsô factô decreta anteriora receperint: Et, quod amplius eſt, plerique Fabrorum, Philip Kehr, Joh. Aſchenbach, Simon & Joh. Helvvig, Caſpar Müller, Stoffel & Mich. Hartmann, ſuas illis laminas (Klingen) integrô vendiderint quadrienniô, ut non mercenarii eſſent amplius, ſed ſuis operari ac negotiari potuerint auſpiciis. *Tertiò*, idem dominus Jurisdictionalis, Generoſiſſimus Reinhard Friedrich Hund, de Wenkheim,

in

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-693366-p0068-0

in Altenſtein, qui juxta cum ſuis Anteceſſoribus facultatem Statuta condendi & jura Collegiorum indulgendi ab immemorali tempore exercuerit, à quo Fabri cum Cruſtariis ſua quoque acceperint jura, ſed reſervatâ libertate, augendi detrahendive; Capularios quoque fecerit Collegiatos: æqualis ergo utrorumque Status.

§. XVIII. *Quartò* obtendunt exceptionem *juris Tertii*, & ob id *deficientis actionis*; dum cœlatura Capulorum, opera ſit Machæropœorum, qui nullam talem Capulariis moveant controverſiam: qualificanto igitur Fabri & Cruſtarii ſe antè! cùm ad factum, operas; tum ad jus prohibendi: quò deſtituantur tamen utroque. Nam V.) ignoratæ fuerunt utriſque hæ manufacturæ, illarumque artificium, usque quò invenerunt introduxeruntque Capularii: à quibus excitati quidem, neutiquam tamen idonei, tantâ dexteritate elaborandi, ut probas à Capulariis editas aſſequi, aut æmulari nedum ſuperare valeant. Hi contrà VI.) è ſuo finxerint ingenio, meruerintque adeò utique ſuperius propoſita inventionis præmia; utcunque collegialiter, quod alteri legitimum demum reputent, haud didicerint. Neque potuerint etiam; dùm ſecurè ſtertentibus collegiatis & antiquo dem Schlendrian inſiſtentibus/Magiſtrum nanciſci fuerit impoſſibile. Atque ſi procedat hoc argumentum, neque Cruſtrarii de jure vindicent ſibi, quod non habent niſi à Capulariis, quos ipſos contemnunt, ut illegitimos. Quæ elegans Retorſio eſt! Imò verò ſunt VII.) & ipſi Capularii, nacti nunc jura Collegii, æquè le-

legitimi; nihilô impediente: Legitimè haud didiciſſe; quoniam idem defectus plerosque parits adverſæ afficiat ſocios. Turpe eſt Doctori, cùm culpa redarguit ipſum: quod ergo in ſuis perſonis crediderunt juſtum, in aliis ne improbanto! arg. *Tit. ff. Quod quisque juris in alter.*

§. XIX. Ratio IIX.) repræſentat emolumenta Utriusque Magiſtratûs, mediati & ſupremi: dum enim cultros ab ſe elaboratos extra Provinciam quaquaverſus evehant, telonia in itinere, contributiones domi præſtent; verſetur omninò intereſſe Magiſtratuum, ut eorum curam gerant & patrocinium iis impertiant. Sed IX.) Privati etiam, quin ipſi adverſarii aliquale ab illis ſentiant commodum, à quibus pro quingentis circiter Imperialibus annuatim emant laminas, ſeu cultros mútilos, conſolidatos autem diſtrahant, ac non nummos modò, verùm merces quoque Cultrariis neceſſarias, cornua cervina, filaque draht ferrea reportent domum, & pro tolerabili pretio vendant Cultrariis. Tantum abſit X.) ut eos in illorum opificio, ut temerè quidem, ſed citra fundamentum fuerint conqueſti, turbare intendant. Id quod aliqui illorum agnoverint, ac Conrado Trompen, Capulario, Simon Helvvig & Michael Hartmann, omnem ſuam ſuppellectilem inſtrumentaque mechanica, primitus quidem commodaverint, poſtmodùm vendiderint etiã. Nec impediat: 1.) Ritè, h.e. ſtylô mechanicô, Collegialiter haud didiciſſe. En, exhibere ſe probas, & provocari alteros ad imitationem! Pariter 2.) nec exemplum Ruhlanum, ob multiplicem differentiam, eos

tur-

turbet. Ruhlani Fabri cultrarii & Cruſtarii calleant artem capulariam, Capularios etiam ſtatu Collegiali antevenerint: ſecus atque Steinbachenſes; præterquàm quod ab exemplis locorum, in re mechanica, periculoſum ſit inferre, ob privilegiorum atque obſervantiæ diſcrimina.

§. XX. Illam litem non fecerint ſuam: utrum Dominus Jurisdictionalis liberam habeat, jura Collegialia mechanicis impertiendi, facultatem: Datô enim, quòd polleat, ſalva quoque cauſa ſit ſua; ſin ſecus, ſuô quoque ipſi excaſuri ſint jure adverſarii, ab eodem iſtud nacti: utrinque Turbatores! Nec moveat: ſupplicantes collegialiter artem haud didiciſſe: Quadret hoc ad ſolos Cultrarios, artis antiquæ, dudum collegiatæ. At Capularii, novum ens, per impoſſibilè ſtylo cœterorum diſcere potuerint: At, ex quo & ipſi evaſerint collegiati, poſteritati poſteros legitimos utique daturi ſint. Agnoſcere cœperint hoc adverſæ partis aliqui, dum Benedictum Michaelem, Capularium intra ſuum receperint collegium, Matthæum item Petern adhuc recipere parati ſint. Dum itaque Capularii poſſesſione & rebus judicatis nitantur, artem invenerint novam, quam alteri non calleant, nec ulli ſit ipſis præjudicio, nec machæropœi, ad quos magis pertineat, contradicant; Spes eorum ſit, Serenisſimum ex gratioſa clementia, minimûm ad dies vitæ hanc ipſis liberam relicturum. Quæ ipſorum repetitæ fuerant preces *d. 29. Novembr. MDCLIX. & 11. Januarii MDCLX.* Paucioribus expedire ſe ſatagebant

bant alteri; cauſas allegando, quare petitis Novatorum non ſit deferendum.

§. XXI. Urſachen/ warůmb die ſich neue Meſſer-Stielmacher nennende/mit ihren Suchen nicht zuhören. I.) Præſtò ſit Reſcriptum Ducale deciſivum, causâ cognitâ emiſſum, viresque rei judicatæ nactum, ut, ſicut Ruhlæ, factâ ſciſcitatione, Capularii tolerentur nulli, ita nec hujus loci Magiſtris ſint obtrudendi. Cùm non ſit majus vitium nullitatis, quàm ſi ſententia contra ſententiam feratur. *l.2.C.Quand.provoc.non eſt neceſſ.* II.) Salvâ hac exceptione, provocetur ad *Conſtit.Provinc.Tit.XXXIX.* Quodlibet collegium in exercitio jurium ſuorum ſic eſſe tuendum, ut neque directò neque per conſequentiam, in adverſum quid permittatur: Quod futurum tamen, ſi Capularii ceptô pergant modô. Statuta quippe atque Rotuli Collegiorum inſtar contractuum ſint atque legum: rigidè ergo obſervanda. III.) Multa quippe Magiſtros collegiales in ſua juventute tolerare atque impendere oporteat, quò ad jura collegialia qualificent ſe atque habilitent. Quò amplius contrà illegales illi Novatores, per unirotarias circumcurſitationes, mit ihrer Schubkärnerey profesſionem dilatent ſuam, tantò plus alteris detrahatur, dum ſuæ negligantur manufacturæ: vel eapropter, quôd Capularii crudas materias minimô nanciſcantur pretiô, operas, aut ſi dicere liceat, artem, nullis impenſis ex ſe didicerint, manûs E.pretium vilipendant, ac merces abjectè taxent, & emtores cum contemtu alterorum ad ſe pelliciant. IV.) Moribus mechanicorum per totum Im-

perium

perium Rom. ſit receptum, atque obſervetur etiam, ut Autodidacti nequaquam tolerentur, aut in Collegia recipiantur: quin puniendi potius, qui alterius artificio ſe immiſcent. *l.10.C.de Prox. ſacr. ſcrin.XII.19.& l.5. C.de Fabricenſ.XI.9.* ubi dicitur, quòd Fabricenſes debeant inſervire artibus propriis. At verò, ſint ipſi & idonei & parati, de hujus generis manufacturis cuilibet reſpondere; modò quod ſua profeſſio ſedentariam requirat viam. Utrum ergo, quòd palare haud ſoleant, ejusmodi incommodis juſtè exponantur? cujusvis judicium audire parati ſint.

§. XXII. V.) Ille caſus omninò eſt dabilis, ut non in mechanicis modò, verùm profeſſione quavis alia, capax & accuratum conſurgat ingenium, non inventa modò aliorum æmulandi, vel novi quidpiam ex ſe inveniendi; ſic etiam, ut cœterorum quosdam ſuperet etiam. An verò propter exoticum hoc & rarum exemplum, ea quæ regulariter & ἐπὶ τὸ πλεῖστον fiunt, & normam atque ordinem nacta ſunt, indeque aliis jus jamtum eſt quæſitum; diſturbare aut modò debilitare licebit? Iſtud VI.) eant in inficias: Capularios ingenii ſui fœcunditate manuumve dexteritate, artem hanc inveniſſe manufacturasve elaboraſſe: ſit imò ſub Jurisdictione Libenſtein, mediâ horâ diſtante à Steinbachio, Faber ſclopetarius, Büchſen-Schlöſſer/qui, ut ipſe haud didicerit legaliter, nec tractandi jure polleat: Ita auſus tamen: cujus domum temporis terendi gratiâ frequentaverint ita dicti Capularii, atque incidenter addidicerint; id quod circumſtantiis pluribus poſſet verificari. Jure igitur meritoque

ab

ab operationibus his abſtinento, quorſum nec alibi admittuntur, ſuarumque partium ſatagunto, nec eos amplius in ſuis juribus turbanto! Alia declaratio citra improperationem Collegiorum vicinorum, ab illis non ſit expectanda: precari tamen, ne pro contumacibus eapropter reputentur. *d. 22. Martii MDCLX.*

§. XXIII. Ex quibus præcipuè iſthoc colligere licet: Non tam Fabros, Klingen-Schmiede/ quàm Cruſtarios Beſchaler hujus litigii partem ſumſiſſe ſibi: quoniam allegatorum pars magna ad priores haud quadrat, *α)* fieri illis præjudicium, *β)* manufacturas has contemni, *γ)* Capularios materiam crudam vili conſequi pretiô. At verò, Capulariorum materia cruda non ſunt niſi laminæ, ſeu cultrorum enſiculi, die Klingen/ quorum annuatim vel pro quingentis Imperialibus emant à Fabris. Hi ipſi receperunt Capularios in ſuum Collegium, operas illorum conduxerunt, Enſiculos, quin ſupellectilem atque inſtrumenta ſua illis vendiderunt. Et quod palmarium eſt, negaverant, ſuô mandatô litem ceptam; Cruſtarios ab ſe Syndicatum non habuiſſe. Licèt enim Capularii ipſi, epiſtolâ poſteriori *d. 11. Januar. MDCLX.* ex documento quodam *ſub N. 3.* confeſſum Primiceriorum (Hans Schröters & Stoffel Wagners) judiciale aſſertum ibant: Collegium integrum litem movendam decreviſſe; quod de exordio accipiendum: Poſteà autem deſtitiſſe, partim ex neglectis adverſus decreta fatalibus; partim ex actibus oppoſitis, jam modò allegatis colligere eſt.

§. XXIV. Ad *merita cauſæ*, quod attinet, Eſto,

Re-

Reſcriptum deciſivum cauſâ emanaſſe cognitâ. Vires tamen rei judicatæ nactum fuiſſe, negant Capularii epiſtolâ priori. *d. 29. Novembr. MDCLIX. ſub initium.* Leuterationem atque eventualem ſe interpoſuiſſe appellationem aſſerentes. Quoniam enim cauſa ad Jurisdictorem remiſſa, isque ad rem judicatam *d. 20. Aug. MDCLVII.* provocabat, quam novô decretô *d. 28. Julii MDCLIX.* confirmavit; credendum eſt, per ſub & obreptionem Ducale iſtud reſcriptum extraxiſſe, ut potius Reſcriptum iſtud vitiô nullitatis laboraverit. Conſtitutionem provincialem quod concernit, accipienda ea eſt: Rebus ita ſtantibus. Poſſent novæ circumſtantiæ emergere, quæ moveant Sancientem, ad reſervatam augendi minuendive facultatem recurrere. Ut verum enim eſt, ſpeciem illam antiquatam, poſt ſuperveniens novum inventum, tantâ aviditate amplius haud expeti cepiſſe: Ita ſuæ potius ignaviæ, moroſitatique id imputabunt. Si enim adeò certi jam tum erant, ſuæ artis partem an pertinens eſſe, Celata ex ferro & aurichalco manubria: malè de ſe ipſis fuerunt meriti, præveniri ſe ab aliis patientes. Iſtud quoque damus faciles, quàm graves Collegiatorum opificiorum Magiſtri tam Tyronibus exiſtant, quàm Candidatos ſuos emulgeant, ac poſtmodùm ad futuros conductores emtoresve ſuos, manupretiô auctiori indemnitatem recuperaturos, ablegent. Malè, ſecundùm Accurſium! Rectius & ex conſcientia agunt Capularii: qui quod tolerabilius nacti, æquô dimittunt pretiô. Ad Magiſtratuum officium pertinet, his inconvenientibus mederi.

 §. XXV.

§. XXV. Ea porrò Mechanicorum obſervantia, de Autodidactis non recipiendis, abſolutè haud improbanda: Tales enim præſtolari, longum foret & incertum: admittere autem, periculoſum; ut qui nihil probaturi erunt, niſi quod ipſis rectum videtur, ſibi vivere adſveti. Sind in ihrem Södchen aufgewachſen. Sed hæc de Manufacturis ſolitis: ſecus, quantum ad noviter inventas. Ac, licèt ignavi ac moroſi illi interim easdem penetraverint; gratias tamen alias ſuo debebant Autori! Iſtud quoque ſpeciem habet, Ne exemplum irregulare & extraordinarium aſſumamus in perniciem eorum quæ fiunt ut plurimùm; aut auferatur jus aliis quæſitum: Verùm, illa præjudicialis eſt quæſtio: Vtrum præmia primis inventoribus data, mox deſtruant alios? Una exceptio non confeſtim regulam peſſum dat integram. Lucrum fateor, ceſſat; ſed indebitum! Jura vigilantibus ſcripta. Demus denique Fabris & eorum Conſortibus, Inventorem aliquo adjutum fuiſſe adminiculô: non privat hoc ipſum jure Inventionis. Si tam planum fuiſſet, eccur non animadverterint & ipſi? Sanè Capularii non aliud deſiderant præmium, quàm hujus ſolius inventi uſum ad dies vitæ: quod negare invidioſum videbatur.

CAP.

# CAPUT. VI.
## DE
## *Litigioſis Ligneis & Coriaceis.*

§. I.

SEd immorati argumento huic paulò diutius, in cœteris erimus parciores. Et quidem quantum ad *Vegetabilia* pertinet, *Ligna* ſunt, quæ Mechanicos occupant plures, unde non poſſunt non lites inter eos oriri. Et quidem Tendiculæ feneſtrariæ, Fenſter-Rahmen/manufactura Scriniarios inter & Feneſtrarios ex duplici capite ceperunt evadere controverſæ: *primò* ratione materiæ, dum Scriniarii ligna quercina vindicabant ſibi peculiaria: *deinde* ratione formæ & modi elaborandi, dum iidem die gefütterten und ausgeworffenen Rahmen ſuæ manui atque arti ſolum competere ajebant. Atque equidem, quas Feneſtrarius quispiam Naumburgenſis, quantum ad differentiam totius atque partium, declarationes atque dubia inſperſerat, jam dudum ſopita, oſtenſum alibi. *de O. I. Cap. IX.* §. *10. 11. 12.* Sicut tamen Legislatori propter novos casûs, quos Natura ſemper properat edere, impoſſibile eſt legem univerſalem condere, cui nullatenus valeat derogari: Ita evenit poſteà, ut ex novis rationibus motæ inſtantiæ, declarationem unam itemque alteram deſiderarent. Receperat Feneſtrarius quispiam Cicenſis tendiculas duplicatas, ſed

Extero cuidam perficere : Scrinarii vigore *Articuli ſui XI.* pignorare ipſum ac manufacturas prohibitas in commiſſum poſtulare : Feneſtrarius contrà excipere: quòd illi adverſus extraneos nullum jus habeant, quin neque Princeps ultra territorium jus dicere poſſit. *l. f. ff. de Jurisdict. l. 3. de off. Præſ. l. 1. §. f. ff. de Tut. & cur. dat.*

§. II. Secutum Reſcriptum deciſivum *d. 29. Aug. M DC LXXIV.* Prohibitionem reſtringens ad territorium : forenſia relinquens libera : können geſchehen laſſen / daß Joh. Wilhelm Habermann nicht nur mit der Strafe verſchonet / ſondern ihm auch die ſtreitigen Rahmen vollends zu lieffern / ſo wohl auch den Glaſern insgemein gefütteete Rahmen auff dem Lande außer unſers Stiffts-Territorio zu fertigen geſtattet werde. Et quoniam inter alia de Scrinianiorum moroſitate ſermones facti, Sereniſſimus in eum eventum ulteriorem declarationem reſervabat ſibi, wie wir Uns denn auch im Fall ſich contradiction vom Lande innerhalb ſolches Territorii, ſo wohl auch von befreyten Perſonen in der Stadt und ſonſt / Klagen über das Tiſcher-Handwerck herfür thun ſolten / auch diesfals weitere Verordnung vorbehalten haben wollen. Et, quod amplius eſt, dum Scriniarii quondam non Tendiculas modò duplicatas ſeu artificioſas habebant præcipuas, verùm & vulgares cum Feneſtrariis communes; niſi quod poſterioribus hiſce ſuas tendiculas ductiles è ligno etiam quercino liceret fabricare. Nachdem auch wegen der gefütterten- oder ausgeworffenen Fenſter-Rahmen zwiſchen den Tiſchern und Glaſern Zwieſpalt fürgefallen/ alß

alß ſeynd beyderſeits Handwercke hierüber zur Noth-durfft gehöret / und nach Befindung des hierüber ge-gebenen Abſchieds ſub dato *d. 29. Aug. MDCI.* es dahin gerichtet worden / daß die Glaſer allhier / gantze gefüt-terte Rahmen in der Stadt denen Bürgern / oder auff dem Lande denen von Adel und andern zu machen / ſich gäntzlich enthalten ſollen / und denen Tiſchern ſolches al-leine zuſtehen : denen Glaſern aber geſchobene Rahmen gleich denen Tiſchern / auch von eichenem Holtze / ſo lang und breit es begehret wird / zu verfertigen unbenom-men ſeyn ſolle.

§. III. Succeſſu tamen temporis jure quodam pariationis ac retorſionis, ut Feneſtrarii à duplicatis, ita Scriniarii à vulgaribus fuerunt præcluſi, *Articulò* Fe-neſtrariorum *X.* Weil die Meiſter des Tiſcher-Hand-wercks privilegirt ſeyn / die gefütterten Rahmen vor ſich alleine zu machen / und hingegen die Meiſter des Glaſer-Handwercks ſich deſſen gäntzlich enthalten müſſen / So ſollen auch hinwiederumb die Tiſcher nicht befugt ſeyn / geſchobene Rahmen / oder Gitter / welche jederzeit de-nen Glaſern zugeſtanden / zu machen. Sub declaratio-ne : Es were denn / daß ein Bauherr in ſeinen neuen Gebäuden ſolche von dem Tiſcher / den Er disfalls ge-brauchet / zu machen begehret. In ſeiner (Scriniarii) täglichen Werckſtatt aber / ſoll Er ſich derſelben gäntz-lich enthalten. Quod dicebamus autem *ſuprà*, Novas inſtantias & allegationes ſæpius novas cauſari leges, aut antiquarum declarationes : Ita contingebat, ut Fe-neſtrarius quiſpiam Cicenſis, Carolus Halle / in ſuis precibus *d. 3. Septembr. M DC LXXXIIX.* provocaret ad



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-693366-p0079-4

ſuæ ſcholæ jura, quibus utriusque ſpeciei tendiculæ tyronibus tradantur, ut Halæ Saxonum & Geravii Variſcorum: quæ præcepta plenius in ſuâ peregrinatione exercuerit: Hab darneben das Rahmen-Machen bey Meiſter Michael Wincklern/ Raths Tiſchern zu Halle abſonderlich erlernet/ und darzu noch beym F. S. Werck-Meiſter allhier ſolche Handgriffe/ in dergleichen Sachen erfahren/ daß leichtlich kein Tiſcher ihm es hierinnen zuvor thun werde. Petitum annexum: diſponere Scriniarios ad hoc, ut pro certa præſtatione illum inter ſuos agere patiantur, daß ers mit ihnen / gegen Erlegung eines gewiſſen/halten dörffe.

§. IV. Unde *Qv. I.*) Utrum, quod didicit Tyro, Magiſter liberè exerceat? Unde verò ſuus Magiſter ſeu artem ipſam calluerit, ſeu licentiam docendi illam, nactus fuerit? Utrum Scriniarius animadverſô: Boethum advenam Feneſtrarium eſſe, illum intra officinam retenturus fuerit? Enim verò, rerum mechanicarum gnarus, haud ignorabit, eſſe alicubi Collegia quædam mixta, quorum Sodales, ut artem utramque exercere, ita docere etiam ſolent: qualem Feneſtrariorum cum Scriniariis communicationem Hallis Saxonum & Geravii Variſcorum eſſe, affirmabat Carolus ille Hallius: nec inauditum, Sutores alicubi eſſe in Coriariis: Materiarios, Zeichmacher in Linteonibus: nec ita longê retrò Cultrorum Fabros cum Veſtiariis eorum, quos diximus Cruſtarios, Beſchaler / cohabitare. Tum enim, ſi tempore quo magiſterium & jura Collegialia quis eorum ambit, hoc candidè profiteatur, atque editis utriusque artis ſpecimi-

cimi-

ciminibus, ad ambas ſe qualificet, æquum foret, eum admittere: quod Cultrariorum. Steinbachenſium Rotuli *articulus VII.* exſertim complectitur: Diejenigen/ ſo ſich zu dieſem Handwerck der Meſſer-Schmiede begeben wollen/ ſollen eines unſträfflichen Wandels/ guten Gerichts und Leymuths ſeyn/ und ſoll jedweder/ dafern er zuvorher ſein Meiſterſtück entweder auff dem Klingen-Schmiede Handwerck allein/ oder uf dieſem und der Meſſer-Beſchaler zugleich/ uf Prob und Schau/ mit der Hand erweiſen/ und die Meiſter-Stücke auf ein oder beyderley manier verfertigt hat/ dieſem nach Macht haben/ ſein Handwerck mit Schmieden und Beſchalen zutreiben. Unde colligere eſt, ibi locorum ubi mixta Collegia ſunt recepta & manufacturæ communicatæ, hæc procedere: Cautius ergo agit, qui talem locum, domicilium inchoandi ſeligit: Ubi enim pura ſunt, fruſtrà erit; nec enim Coriarius mox ſuet calceos!

§. V. Aliud exemplum lignearum manufacturarum ſtatûs controverſi, licuit obſervare in *Verſatilibus*: quando Molitor quispiam in hac civitate privatim agens, trochleas, rotas molares & cochleas Tinctorias, Färber-Mandeln fabricabat, Fabri autem tignarii interveniebant, prohibentes: quòd is non ſit de illorum Collegio. Ille excipiebat: Neque verò ad eosdem, qui ſtata ſolùm fabricent atque fixa, pertinere, ſey Getrieb- und Gangwerck/ diſtinctum requirens artificium. Atque edoctus fui, diſcrimen hoc, quanquam in alia cauſa, Cicæ admiſſum fuiſſe. Quemadmodum in præſenti quoque ſervatum caſu, quanquam non tam ex capite juſtitiæ, quàm quòd o-

pus ab altero ceptum, recipere perficiendum, non ſit moris inter Opifices. Ita in cauſa Chriſtoph Wachters. & d 2. Octobr. MDCLXXIIX. Credas, factum fuiſſe in illorundem retorſionem: Eccur enim vetabant, quod præſtare nequibant ipſi? Forſan tamen contenti fuerunt ſecuritate in futurum.

§. VI. Iidem Menſularii Cicenſes, ut tantò ſecuriores ſint manufacturarum, quarum controverſiam movent aliis, *Rotuli ſui Art. X.* tria expreſſerunt gnorismata diſtinctiva & ſpecifica: Dergleichen Arbeit ſo α) mit Zincken zuſammen geſchloſſen wird / alß Kiſten / Kaſten / Laden / Thür / und Fenſter-Kaſten. Item β) Leiſten ſo mit einem Grad eingeſchoben und γ) geleimte Arbeit / als Tiſche / Bäncke / Lehn-Stühl / Ofen-Geſtelle / Stuben täfeln ꝛc. welche den Tiſchern zu fertigen und zumachen gebühret.

§. VI. Sed pergimus nunc ad manufacturas CORIACEAS, quarum haud minor eſt controverſia, nominatim Lorariis cum Ephippiariis: ibi præcipue, ubi ſejunctim vivunt. Atque vindicant ſibi priores, tanquam præcipua, Coria bubula, eaque alumine fermentandi artem: *Cicenſium Rot. Art. IIX. fin.* Keiner ſoll ſich unterſtehen / ſtarck Rind-Leder weiß-gar zumachen / Er ſey denn ein Riemer: ſed hæc per averſionem, atque Operatio potius quàm Manufactura. Ut tamen liti ſubtrahantur, ſolent aliqui Rotulis inſerere, ut horum confirmatio per indirectum faciat & has ſecuras. Quod, cùm agerent Ephippiarii Cicenſes, interveniebant Lorarii, aſſerentes: jam tum ſibi eſſe aſſignatas! & ſic non amplius liberas. Taliter ergo co-

ram

ram Regimine Ducali *d. 3. Octobr. MDCLXIII.* compoſita fuit cauſa: Ut *hinc*, diſtinguatur habitudo Perſonæ: ſuis operetur auſpiciis atque foro; an ex locato conducto. Iſthinc ſtatus manufacturarum, ſubſtantiæ ſint; h. e. ſolutæ, liberæ; an relationes, adjuncto connexa. Ut caſu hoc *poſteriori*, licitæ ſint tam Operationes quàm Manufacturæ. Cum ampliatione: Nova fecerint ephippia, an corrupta reſtauraverint. Priori autem ſecus. Sollen hinführo die Sattler allhier (notes ergo: Locale quid eſſe; unde minus ſecurè inferas aliorſum) befugt ſeyn/wenn ſie gantz neue Sattel/Cummet/Halfftern Felleyſen/ Rantzen / Pulſter-Kiſſen / Taſchen und dergleichen / was ihnen gebühret verfertigen / daß ſie auch (ſequuntur manufacturæ litigioſæ) die Strüppen/ Bind-Riemen und Gurth oder Gürtel dazu (ergo tanquam acceſſorium ſolùm ſuarum ſpecierum, non ſeorſim in ſtatu abſoluto) machen/ anſchlagen und anhefften. (Fuerunt ergo hi actûs Operationes potius quàm manufacturæ controverſæ.) Deßgleichen ſollen ſie auch an alte Sattel und Cummet die Gurten / Struppen und Bind-Riemen machen (eſt quaſi ampliatio à novis ad obſoleta.) Und zu ſolcher alten und neuen Arbeit auch Weiß-Gar-Leder (quod, quatenus Lorarii proprium vindicant ſibi, modò ſub initium diximus) ſo viel ſie deſſen von nöthen/ zurichten dürffen. Sequitur declaratio: Doch / daß ſie ſolches Leder nicht feyl haben/ noch auff den Kauff machen.

§. VII. Hingegen aber ſollen ſie ſich alles andern Riem-Wercks / ſo wohl an neuen als alten Sachen (auſſer was der Struppen und Bind-Riemen an alte Sattel

und Cummet halben verwilligt:) Inſonderheit der Hang-und Schwang-Riemen an Kutſchen/auch der Steig-Leder an den Satteln/ item Schweb- und Ruck-Riemen/ Trage-Bänder und dergleichen/neue und alte zu machen oder zu beſſern/ wie auch Kutſchen zu hängen/ gäntzlich und bey der in der Riemer-Innung geſetzten Straffe enthalten. Die Riemer ſollen im übrigen bey ihrer Innung allerdings geſchützt werden. Stehet ihnen auch frey/das Riem-Werck und Gurte/ſo denen Sattlern vergönnet/ auf Begehren und ihrer Gelegenheit nach/auch zu verfertigen. So mögen ſie auch ſowohl als die Sattler die Kutſch-Geſchirre und Sielen mit Bruſt-Küſſen und Reh-Fällen füttern/ und Patron-Taſchen/ auch Reit-Scheiden machen. (quod pro declaratione ſtatuti Lorariorum admiſſum, & Receſſus deſuper confectus, iuxta eundem ſtatuta Ephippiariorum condenda. *vid. ib. art. VII.*) Neque tam ibi, ubi eodem collegiò junguntur, ut in Saxonia inferiori, lis amplius ceſſat, quàm inuicem! Facili negotiò Tertios inueniunt, adverſus quos junctim ſtringant gladios: quemadmodùm Quedlinburgi *MDCXCIV. d. 15. Novemb.* Ephippiarij incluſis Lorarijs querelas agebant contra Acuarios, Ligularios & Marſupiarios: Tanquam diverſas ſibi debitas arrogent manufacturas: Hoſen-Zäume/ Knie-Riemen/ lederne Meſſer-Scheiden/ und Neh-Riemen/ ſowohl auf denen öffentlichen Marck-Tägen/ als in Häuſſern zu verkauffen.

§. IIX. Acuarii & Ligularii mox *d. 28. ejusd.* Marſupiariorum partes haud aſſumere ſe tuendas, ut qui ſub Alutarijs comprehendantur, allegabant: in ſuam verò defenſionem Actionis non competentis exceptionem

nem interponebant: Negando, tales ſe venum exponere merces, quæ ſint Ephippiariorum, in eorumque Rotulo illis prohibitivè ſint attributæ? Quas verò merces circumportent illi, neque ratione fermentationis, neque materiæ Corij, nec elaborationis perfectionisve, ſint Ephippiariorum; ſed Zonariorum: compoſitæ filis ferreis, aut aurichalcinis & laminis; in quarum poſſeſſione Collegium eorum ſit ultra terminum præſcriptibilem; non iſthic modò, verùm quousque per Imperium Romanum procedatur legaliter.

§ IX. Videbantur planè Acuarij committere fallaciam, ſi non *compoſitionis dividendorum:* Actores quippe prohibent Corpora ſive ſpecies: Rei autem allegant rei ſtatum, ornamenta, die Beſchläge-Ausarbeitung: *Ignorationis* tamen *elenchi*, ſibique contradicere ipſis; Fatendo: manufacturas haſce per totum Imperiũ eſſe Zonariorũ & Lorariorum: At verò Quedlinburgi Lorarij latent in Ephippiarijs. Dum ergo non deficiunt hi, fruſtrà ſunt Acuarij, quando eorum vices aſſumturos ſe jactant. Excipiebant tamen ulterius Acuarij: quòd ſpecies contradictas non ex corio per Ephippiarios indigenas parato, ſed peregrino conficiant, aus Moſcoviſchen/ Littauiſchen/ und andern fremden Juchten- auch Semiſchen-Läder verfertiget werden / ut adeò implorantes nihilò per eos turbentur. Quanquam autem Ephippiarij replicabant, Non attendendum ad materiam, Unde ſumant, aut elaborent ipſi: Sed An ſpecificatio hæc ad illos pertineat? unde etiam cunque ſumant! Enim verò, duplicabant Acuarij: Id verò ipſum negare ſe, quòd Ephippiarijs competat facultas, Coria cum laminis co-

pulandi, Leder und Blech miteinander zu verliethen und zu verarbeiten mit Leoniſchen Lahn/meſſingſchen/und andern Blech und Drahten genietet/verarbeiten.

# CAPUT VII.

## DE *Litigioſis Textilibus.*

§. I.

EQuidem Lorarii Cicenſes, ut tantò diſtinctius proſpiciant ſibi, Turbatoribusve omnem occaſionem, ſuas invadendi manufacturas, præcidant, in Rotuli ſui *de A. MDCLX. art. IX.* unâ minus ſexaginta exprimi curarunt ſpecies: quod aliæ quoque opificum Familiæ, v. g. Acuariorum, Marſupiariorum &c. fecerunt idem: alibi tamen quàm heic exprimendas rectius. Cumprimis, quòd opus non ſit, controverſias ad inſtar ferarum ſectari, quamdiu ſponte incidunt in caſſides. Miſſis igitur Coriis, ad Texturas nos convertimus, uberem ibi collecturi meſſem. Planè, dies nefaſti erant in Germania plures, quamdiu Pannificibus ſolitudine ſuâ ſecuris antiqvum agere licebat; nec ſeu qui deſideraret nova, ſeu qui ſalivam moveret, aderat. Ex quo verò Belgium texturarum variegationem in Germaniam ſubmittebat, exiſtebant & ibi curioſa ingenia, quæ indagando veſtigia tandem inveniebant tentandoque æmulabantur. Anim-

ad-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-693366-p0086-9

madverſò, Pannifices, quantum ſibi novâ iſthac decedat inventione, evigilabant, ac dum prohibere non poterant abſolutê, tanquam ſuam vindicabant ſibi. Alteri contrà, Rem nullius occupaſſe ſe; aut certè, pro derelicta Pannifices eam habuiſſe, allegabant. Inde fora frequentari ceperunt ſtudioſius, atque fortunâ litigari ambiguâ: prout ſeu ſtatum negotii diſtinctius Judicibus proponere, ac differentiam ſpecificam oſtendere poterant Materiarii novitii; ſeu præoccupaverant Aborigines: qui nova ſectari, quàm antiqua corrigere maluerunt; adeoque, quorſum Novatiani appellebant cumque, rem non inveniebant integram. Infeliciores adhuc inde, quòd novis Collegiis conſtruendis tum haud ſufficirent, ut ex ærario communi litigare poſſent, ſed modò Linteonum, modò Pannificum ipſorummet introibant Collegia, eoque ipſo tantum amittebant, quantum adcreſcebat inde alteris.

§. II. Ubi verò miſeri rem adhuc inveniebant integram, locum inquam vacuum, mox turbabantur Voce Populi, atteſtatis vicinorum, qui jura hæc aſſerebant ſua; ſeu ex obſervantia, ſeu lege etiam ſcriptâ atque Rotulis: ut fermè prævaluerit mixtura hæc, paucaque ſint loca, ubi ſeu Materiarii ſeu Pannifices ſint Puritani. Licèt autem ſpecies quaſdam Pannifices Materiariis relinquant, tam paucæ tamen & nullius proventûs ſunt, ut ſemper tanquam pars debilior ſuccumbant illi, & contemtim à Pannificibus, tanquam Linteones habeantur: Illas vero, quarum ſuus eſt frequentior, & proventus amplior, ut ſunt Raſches, acerrimè Pannifices vindicant ſibi. Non minimam in-

fortunii partem, opinor, Materiarii cauſati ſibi fuerunt ipſi, quando inter exordia, Magiſtratûs, unde privilegia expetebant, ſufficienter de ſtatu artis ſuæ haud edocuerunt, ut Rotuli apertius concipi potuerint; Unde ſubinde anſa adverſariis agnaſcitur, leges imperfectionis obſcuritatisve arguendi. Partim exinde, quòd nomina variabant texturarum, ut Caties dicant hodie, quod olim einfachen Harras: & quas ante hæc doppelten Harras dixerant, nunc Raſch audiat: Partim quòd ſpecies confundebant, atque τὸ Cårſey/revocarent ad familiam der Boye/ quales Pannificibus debeantur utique! Harras / an ſit ſpecies des Raſches? Cårſey / an texetur ſicut Raſch? Tot ergo evenerunt Materiariis decrementa, quot ſecutæ fuerunt interpretationes, atque anteriorum jurium declarationes.

§. III. E mille exemplis afferemus unum, quo Materiarij Gothani monopolium Raſches texendi arrogabant ſibi: Fundamentum ponentes in *Rotuli ſui Art. XIII.* Daß denen Zeůchmachern alleine und privativè, alle wollene Wahren/von gekartätſchten und gekammetem Garn/ wie es itzo in Ubung/ und künfftig erfunden werden möchte/ nachgelaſſen. Dergeſtalt/ daß auch kein Hutmacher gekartetſchte Wolle führen dörffte. Tuchmacher dörfften dergleichen keine gekämmte Wolle führen. Niemand dörffte dergleichen würcken und färben. (Poſitô hôc legis rigidô intellectu) Pannifices aſſertionẽ contrariã fundabant, *hinc* in obſervantia, & atteſtatis viciniæ, quòd textura Raſchium illis partim ut profeſſio peculiaris ſolitariè, partim cum Materiarijs commu-

